om̄e leue ſurſum: Alia eſt quies animalis: ⁊ eſt quā
do animal ceſſat a motu: ſiue ꝯiūgat̄ appetibili ſi
ue nō. Alia eſt quies violenta ⁊ eſt qn̄ corpus eſt in
loco ſibi accidentali vt ſi terra eſſet in loco alto: ⁊
ignis in centro.

¶ Ponit̄ diuiſio quietis ꝯformis diuiſiōi mot⁹ ſu
perius dicte. ꝓqua diuiſiōe ꝯſiderandū ꝙ vnūqdꝙ
naturaliter q̄eſcit i illo ad qd̄ mouet̄ naturaliter ⁊ a quo nō mouet̄ niſi violē
ter. Et ꝑoppoſitū violēter q̄eſcit i illo a q̊ naturaliter recedit ⁊ ad qd̄ nō mo
uet̄ niſi violēter Ex quo ſeq̄t̄ p̄mo ꝙ vnūqdꝙ naturaliter q̄eſcit i loco ſuo na
turali: vt graue deorſuꝫ ⁊ leue ſurſuꝫ. violēter vero quieſcit qn̄ ē extra ſuuꝫ
locū naturalē: vt graue ſurſuꝫ ⁊ leue deorſuꝫ. Sequit̄ ſcd̄o ꝙ ſicut mot⁹ na
turalis ꝯtrariat̄ violento ⁊ ecōtra: ita quies naturalis ꝯtrariat̄ quieti violē
te ⁊ ecōtra. vn̄ d̄r Ariſto. q̄etes in ꝯtrarijs ſunt ꝯtrarie ſicut et ſupra dictum
eſt de motibus ꝙ motus in cōtraria ſunt ꝯtrarij. Tercio ſeq̄t̄ ꝙ q̄es natura
lis nō opponit̄ motui naturali: nec quies violēta opponit̄ motui violento: ſꝫ
quies naturalis opponit̄ ꝑuatiue motui violēto in eodē: ⁊ q̄es violēta oppo
nit̄ motui naturali etiā in eodē: patet q̄a motus nō opponit̄ illi q̄eti quā fa
cit: ſꝫ illi quā deſtruit ſꝫ motus naturalis facit q̄etē naturalē ⁊ deſtruit vio
lētam: ⁊ motus violentus deſtruit quietem naturalem ⁊ facit violentam.
ergo ⁊c. vn̄ Ariſtot. v. phiſi. d̄r ꝙ motus opponit̄ q̄eti nō q̄ eſt in termino
ad quē ſꝫ q̄ ē in termino a quo: vt calefactio q̄ eſt mutatio a frigiditate in ca
liditatē deſtruit q̄etē q̄ ē in frigiditate ⁊ facit q̄etē in caliditate. ⁊ ideo oppo
nit̄ q̄eti in frigiditate ⁊ nō illi q̄ ē in caliditate. Quarto ſeq̄t̄ ꝙ licet q̄es op
ponit̄ q̄eti ⁊ etiā motui: tn̄ aliter ⁊ aliter. Nā q̄es opponit̄ q̄eti ꝯtrarie. ſicut
⁊ mot⁹ motui: ſꝫ q̄es oppōit̄ motui ⁊ ecōtra ſolū ꝑuatiue. Ex q̄b⁹ pꝫ q̄d ſit q̄
es naturalis ⁊ q̄ violēta. Sꝫ q̄es aīalis ē carētia motus ꝓgreſſiui i aīali ꝑfe
cto qd̄ aptū natū ē moueri ꝓgreſſiue ⁊ qn̄ aptū natū eſt moueri ꝓgreſſiue.
Ex q̊ ſeq̄t̄ p̄mo ꝙ cōche oſtree ⁊ alia aīalia iꝑfecta q̄b⁹ nō ꝯuenit moueri ꝓ
greſſiue: nō hn̄t q̄etē aīalis. Scd̄o ſeq̄t̄ ꝙ carētia motus ꝓgreſſiui etiā i aīa
lib⁹ ꝑfectis añ tp̄s determinatū a natā ad motū ꝓgreſſiuū nō ē q̄es aīal' ⁊ ideo
lꝫ īfās vni⁹ mēſis nō moueat̄ ꝓgreſſiue tn̄ nō d̄r q̄eſcē q̄ete illi motui oppoſita

# Diuiſio quietis.

Ultimo ſciendū ꝙ ſicut motus ꝓp̄e dictus ſolū eſt ad tria predicamenta: vt dictū ē: ⁊ nō dr̄ de ḡnatiōe ⁊ corruptiōe: niſi capiat motus ḡnaliter pro om̄i mutatiōe naturali: ita ⁊ quies ꝓprie dicta ſolū eſt in rebus triū predicamētoꝝ: ⁊ nō dr̄ de immobilitate oppoſita ḡnatiōi ⁊ corruptiōi: niſi capiendo quietē ḡnaliter ꝓ om̄i mutatiōe oppoſita p̄uatiue cuicūqꝫ mutationi (naturali.

Infinitū eſt cuius quantitatē accipientibus ſemꝑ eſt aliquid extra accipere: Nota ꝙ īfinitū capitur multipliciter: primo mō qḋ nō eſt aptū natū ꝑtranſiri ſicut punctus: Sed dicitur infinitū quod cū ſit quantū nō poteſt ꝑtranſiri eo ꝙ nō habet finem ⁊ nullum tale eſt actu. Tercio dicitur infinitū ꝙ vix poteſt ꝑtranſiri niſi cū magna difficultate: quarto ꝙ aptū natū eſt ꝑtranſiri nō tn̄ poſſumus ip̄m pertrāſire ꝓpter impedimētū extrinſecū vt ꝓfūditas maris: quinto ſcḋm appoſitionē ſicut dicimus ꝙ numerus pōt augeri in infinitū: ⁊ ſcḋm diuiſionē ⁊ ſic ꝯtinuū eſt diuiſibile in infinitū: ⁊ vtroqꝫ modo tꝑus eſt diuiſibile in infinitū.

¶ Poſtq̄ʒ autor determinauit de prima ⁊ adequata paſſione rerū naturaliū ſcʒ de motu ⁊ de quiete oppoſita p̄uatiue motui: hic determinat de quadā paſſiōe intrinſeca motui ſcʒ de infinito. Cōſideratio aūt de infinito ideo ꝑtinet ad ph̄m naturalē ſcḋm Ariſto. iij. phiſi. q̄a ph̄us naturalis ꝯſiderat de magnitudinibꝰ ⁊ de motibꝰ illaꝝ: ſil̄r ⁊ de tꝑe mēſurāte hm̄ōi motus ꝫ oīa iſta cū ſint q̄dā ꝯtinua ſunt qḋdāmō infinita ergo ⁊ ſcia natural̄ dꝫ ꝯſiderare de īfinito tāq̄ʒ ḋ paſſiōe ītrinſeca motui ⁊ alijs ꝯtinuis. Tractās aūt autor nr̄ de īfinito duo facit: p̄mo ip̄ʒ diffinit ſcḋo diuidit. Dio ſic ītelligit̄ ſcḋm Sco. v. q. ij. Infinitū ē ſcʒ q̄ntū cuiꝰ q̄ātitatē accipiētibꝰ .i. q̄ātūcūqꝫ accipiētibꝰ ſꝑ ē aliq̄d extra accipe. i. ſꝑ reſtat aliq̄d accipiēdū.

Et nō eſt q̄a infinitū in quātitate (ſicut de eo loquit̄ phūs) nō pōt habere eſſe niſi i accipiēdo ſp alteꝝ poſt alterū: ⁊ ideo quātūcūq; illi⁹ quātitatis accipiat̄ illud nō eſt niſi finitū. ⁊ q̄dā ps tp̄is infiniti: ideo extra illud qd̄ acceptū eſt reſtat ſemp aliq̄d accipiēdū. Et ex hac diffinitiōe ꝯcludit phūs qd̄ infinitū in quātitate qd̄ hic diffinit̄ ſolū habet eſſe in potentia. ¶ Et ſi dicas omīs potentia reducibilis eſt ad actum. ſi ergo infinitum habet eſſe in potentia ergo ⁊ in actu. Reſpōdet phūs ibidem: ꝙ omīs potēa reducitur ad actum quē reſpicit: ⁊ q̄a potēa infiniti nō reſpicit actū in facto eſſe: qualē actū habꝫ domus aut hō: ſed ſolū actū in fieri: in quali actu eſt dies vel ludus agonalis: ⁊ ideo pōt infinitū poni in actu: nō qui eſt in facto eſſe ſed ſolum in fieri. Scd̄o ꝯcludit ꝙ hoc infinitū nō pōt habere rōēꝫ totius q̄a totū eſt cui⁹ nihil eſt extra: ſed extra tale infinitū: hoc eſt extra illud qd̄ habet eſſe de ipſo: ſp̄ ē aliq̄d extra: nec ē pfectū. q̄a pfectū ē cui nihil pfectiōis deeſſꝫ illi ſp aliq̄d deēſt ergo ⁊c. Ex quib⁹ vltra ſeq̄t̄ ꝙ pductio effect⁹ infiniti in actu ē ipoſſibilis. patet q̄a infinitū ex rōe ſua eſſentiali habet hoc ꝙ impoſſibile ē omēs eius ptes eſſe actualiter acceptas. ſed ſemp reſtat aliq̄d accipiēdū: ſi aūt aliquis effectus infinitus in actū eſſet pductus. omēs eius ptes eſſent actūaliter accepte: qd̄ eſt impoſſibile q̄a iā infinitū eſſet finitū. Poſtea autoꝛ ponit q̄nq; modos acceptiōis infiniti. Pꝛo quoꝝ declaratione notandū ꝙ infinitū dr̄ quaſi nō finitum ideo ꝯuenit cuilibet infinito nō habere finē: ⁊ per ꝯſequēs nō poſſe ptranſiri: vñ dt̄ Ariſto. frequēter ꝙ infinitū nō pōt ptranſiri: pꝛimo itaq; mō infinitū dr̄ negatiue ſcꝫ qd̄ nō eſt finitū nec aptū natꝫ eſt habere finē: vt pūctus cui cū ſit ſimpliciter indiuiſibilis repugnat habere finē: ſicut vox dr̄ inuiſibilis negatiue q̄a nullo mō pōt videri: Scd̄o dr̄ infinitū ꝯtrarie qd̄ habet quātitatē omīno imptrāſibilē: ⁊ tale nullū eſt in actu nec pōt pduci. vt pbat Ariſto. iij. phiſi. Tercio dr̄ infinitū ſcd̄ꝫ impotentiā tranſeuntis qd̄ habet quātitatē nō ptranſibilē niſi cū magna difficultate vt via valde longa. Quarto dr̄ infinitū p̄uatiue qd̄ nō habet finē ⁊ aptū eſt habere: de quo ſolet poni exemplū linea ſi p poſſibile vel impoſſibile ab ea auferāt̄ puncta ipām terminantia. ⁊ iſti omēs p̄dicti modi ſunt infiniti ſcd̄m actū: Quinto mō dr̄ infinitū ſcd̄ꝫ potēaꝫ accipiendi alterū poſt alterū: i quo actus eſt ꝯiūctus potēe q̄a quātūcūq; ex eo accipiat̄ reſtat ſemp aliq̄d vltra accipe. Et illud eſt triplex q̄dā eīn eſt infinitū ſcd̄ꝫ appoſitionē vt numerus q̄ p vnitatis additionē creſcit in infinitū: ⁊ ideo licet dat̄ minimus numerus tñ nō pōt dari maximus: q̄dā eſt infinitū ſcd̄ꝫ diminutionē ſeu diuiſionē vt qd̄libet ꝯtinuū qd̄ diuidit̄ in ſemp diuiſibilia: ſicut pbat Ariſto: vj. phiſi. vñ licet det̄ maximū ꝯtinuū nō tñ pōt dari minimū: q̄a quocunq; ꝯtinuo dato. diuiſo eo: dabit̄ minus qd̄ eſt ps illius. q̄dā vero eſt infinitū ⁊ ſcd̄ꝫ appoſitionē ⁊ ſcd̄ꝫ diuiſionē: vt tp̄us: qd̄ p additionē hore ad horā creſcit in infinitū. ⁊ cū ſit q̄dā ꝯtinuū. diuiſio eius pcedit in infinitū ⁊ ideo nō

In quo actu infinitū pōt poni.

Quare infinitū nō eſt totū vel pfectū.

Quare īpoſſibile eſt produci actu infinitum.

Infiniti acceptiones

dať neqꝫ maximū neqꝫ minimū tꝑus. ¶ Sed ꝯtra diuiſionē ꝯtinui in infinitū inſtatur dupliciter: ⁊ ꝑmo ſic q̄a ſi ꝯtinuū diuidereť i infinitum: ergo poſſet diminui in infinitū ſic ꝙ nūqꝫ ꝑ diminutionē ꝯſumereť: ꝯñs eſt cōtra Ariſto. j. phiſi. vbi dt ꝙ om̄e finitū ꝑ ablationē finiti ꝯſumiť: ⁊ loquitur ibi de finito ſcd̄ꝫ actū: quale eſt qd̄cūqꝫ ꝯtinuū. nā nullū eſt ꝯtinuū actū infinitū: vt ꝓbať iij. phiſi.: Scd̄o q̄a dt ibidē Ariſto: ꝙ datur minimū os ⁊ minima caro: cū ergo caro ⁊ os ſint quedā ꝯtinua ergo dať minimū ꝯtinuū ⁊ ꝑ ꝯñs indiuiſibile q̄a alias minimo dareť minus. ¶ Ad ꝑmā dico ꝙ illa autoritas phi om̄e finitū ꝑ ablationē ⁊c. itelligiť de ablatiōe ꝑtiū eiuſdē quātitatis q̄a tales ſunt finite in quolibet ꝯtinuo: nec ſcd̄ꝫ illas ꝑtes diuiditur in infinitū: ſꝫ ſolū ſcd̄ꝫ ꝑtes eiuſdē ꝓportiōis: puta diuidēdo ꝑmo totū i duas medietates ⁊ iterū illas medietates i alias medietates: ⁊ ſic i ifinitū vt etiā ſupͣ declaratū ē circa d̄ꝛñtiā cōtinuoꝝ: ꝯtiguoꝝ: ⁊ ꝯñter ſe habētiū. Ad ſcd̄ꝫ cōiter ſolꝫ dici ꝙ caro ⁊ os ſilr ⁊ alia coꝛꝑa naturalia pñt dupliciter ꝯſiderari vno mō vt ſūt q̄dā ētia naturalia: puta os vł caro: ⁊c. alio mō vt ſūt ꝯtīua abſolute: nō curādo foꝛmas naturales. Si ꝯſideraň ꝑmo mō: ſic ꝓcedit obiectio. Nā oīa ētia naturalia vt ibidē dꝛ ſunt d̄terminata ad maximū ⁊ ad minimū ⁊ ideo pōt dari ita parua caro que ſi vltra diuidať nō poterit ꝯſeruare ſe i ſpē carnis ſed mutareť in naturā ꝯtinentis puta aeris vel aque que circūſtat. vt dt Ariſto. in libꝛo de ſenſu ⁊ ſenſato. Si vero ꝯſideraň ſcd̄o mō ſic diuidūť in infinitū. quia nullū quātū ratiōe ꝯtinuitatis habet aliquid repugnans diuiſioni. Sco. tñ in v. metaph. ⁊ in ij. diſ. q. ix. ſubtilꝰ hanc materiā tractat: qd̄ ⁊ ego aliquantulū attingā in tractatu de aīa circa illā autoꝛitatē ſcd̄i de aīa oīm a natura ꝯſtantiū eſt certus terminus augmēti ⁊ decremēti: preter ꝑdictos aūt modos infiniti inueniūť alij duo modi. Eſt eñ q̄dā infinitū duratiōe qd̄ ſcꝫ nō habet ꝑncipiū nec habebit finē ſue duratiōis ſicut celū motus celi ⁊ tꝑus ſcd̄ꝫ opinionē Ariſto. in viij. phiſi. ſilr intelligētie mouentes oꝛbes celeſtes. aliud eſt infinitū vigoꝛe ſeu ꝑfectiōe qd̄ ſcꝫ habet virtutē infinitā intenſiue. ⁊ ſic ſolus deus eſt infinitus.

Infinitū duratione.

Infinitū vigoꝛe ſeu perfectione:

Locus ē vltīa ſuꝑficies coꝛꝑis ꝯtinētis īmobilꝭ primū: et ē duplex ſcꝫ cōis ⁊ ꝓpꝛius. Cōis ē qui cōtinet locatū ⁊ plura alia: ſicut celū qd̄ eſt ꝯtinētia viſibiliū ⁊ inuiſibiliū creaturaꝝ. Locus ꝓpꝛius eſt circūſcriptō coꝛꝑis locati nec maioꝛ nec minoꝛ coꝛpore incluſo.

¶ Finitis his que ꝑtinebāt ad iij. phiſi. in hac quarta pꝛincipali ꝑte incipit autoꝛ determinare de loco vacuo ⁊ tꝑe que ꝑtinent ad quartū phiſi. Tractādo aūt de loco tria facit. pꝛimo ipm̄ diffinit: ſcd̄o d

oſtēdit. tercio oſtēdit varios mōs ſcdꝫ quos aliquid dr̄ eſſe in loco. Ad quoꝝ de
clarationē ſciendū p̄mo: ꝙ Ariſto. an̄ diffinitionē loci p̄mittit aliqua velut
ſuppones naturā loci declarātes: quaꝝ p̄ma eſt diuiſio loci (hic etiā in tex
tu pōſita) in locū cōēꝫ ⁊ ꝓpriū. vn̄ locus cōis eſt qui ꝯtinet multa. vt aer vel Locus cōis
celū. vn̄ celū ſcdꝫ Damaſcenū capi. xvij. dr̄ eſſe ꝯtinētia viſibiliū ⁊ inuiſibi
liū. i. corpaliū ⁊ icorpaliū creaturaꝝ. Locꝰ vō ꝓpriꝰ dr̄ q̄ ē eq̄lis locato Se
cūda ſuppoſitio locus nō eſt in aliquo vt in loco q̄ꝛ pari rōē locus loci eſſet Locus ꝓpꝰ
in alio loco ⁊ ille iterū in alio ⁊ ſic in infinitū. Sed locus bn̄ eſt in alio vt in
ſubiecto puta in corpe ꝯtinēte: ⁊ occaſiōe iſtiꝰ ponit Ariſto. ibidē octo mo
dos eſſendi in de quibus etiā habet̄ in tercio tractatu ſumulaꝝ Petri hiſ.
Tercia locus ꝯtinet locatū ⁊ nihil ē eiꝰ. Et hec ſuppoſitio nō repugnat p̄me
vbi dictū eſt locū ꝓpriū eſſe equalē locato: licꝫ em̄ ꝯtinēs vt corpus ſit ma
ius ꝯtento: nō tn̄ ꝯtinens vt ſupficies quale continens eſt locus vt patebit
Quarta locus eſt ſeparabilis a locato ⁊ econtra ſine corruptiōe: patet ex p̄
cedenti quia locus nihil eſt locati. Quinta locus habet ſex drīas poſitio
num ſcꝫ ſurſum deorſum ante retro dextrum ⁊ ſiniſtrum: de quibus ſupra
dictum eſt in fine capituli de motu. ¶ His premiſſis phūs infert hanc dif
finitionem loci: locus eſt terminus continētis immobilis primum. In qua Diffinitiōis lo
diffinitione per terminū ꝯtinentis intelligit ſuperficiem concauā corpis cō ci declaratō
tinentis: ⁊ ponitur hec particula ad excludendū opinionē antiquoꝝ dicen
tium: locum eſſe ſpaciū inter latera continentis: ſcdm̄ quā opinionē etiam
ipſe Ariſto. loquitur in predicamētis dicens eſſe locū diſtinctam ſpeciem
quantitatis a ſuperficie: ⁊ ꝙ partes loci copulantur ad eundeꝫ terminū ad
quem partes corpis locati quā opinionē in quarto phiſicoꝝ improbat qui
buſdam rōnibus: quarum vna eſt hec. Si locus eſſet ſpacium dimenſiona
tum inter latera continentis: ergo recepto corpore in ipm̄ dimenſiōes cor
poris locati penetrarēt dimenſiōes illius ſpacij dimenſionati: ita ꝙ longi
tudo penetraret longitudinē: latitudo latitudinē: ⁊ ꝓfunditas ꝓfunditatē
conſequēs eſt falſum ergo ⁊ illud ex quo ſequeretur ⁊c. deinde additur in
diffinitiōe immobilis: ad differentiā vaſis. cum quo licet locus multum cō
ueniat: tamen in hoc differt ab eo q̄ꝛ vas eſt ꝯtinens tranſmutabile: locus
vero ꝯtinens imobile. vltimo additur primū. que particula ſcdm̄ expoſitio
nē multoꝝ addit̄ tāq̄ꝫ determinatio huiꝰ qd̄ ē imobile: vt ſit ſenſus imobile
p̄mū. i. imobile p̱ ſe. Sed ſcdꝫ Cōmē. meliꝰ addat̄ ad ꝑticulā ꝯtinētis vt lo
cus ſit terminus ꝯtinētis p̄mū. i. ꝓprie ⁊ adequate. ⁊ ſcdꝫ hāc expōeꝫ p̄muꝫ
adderet̄ ad drīā loci cōis q̄ nō eſt ꝯtinēs primū ſeu adequatū: locus aūt
ꝓprius q̄ hic diffinit̄ eſt ꝯtinens primū ⁊ adequatū locato. ¶ Sꝫ ꝯtra diffi
nitioneꝫ loci inſtat̄ tripliciter: p̄mo q̄ꝛ ſi locus eſt ſupficies corpis ꝯtinentis
ergo moto corpe ꝯtinēte mouebit̄ ⁊ illa ſupficies ergo locus nō ē imobil̄
Scdo q̄ꝛ als lapis iacēs imobilit̄ i fluuio ſp̱ eēt i alio ⁊ alio loco quoniā ab a
lia ⁊ alia pte aq̄ ꝯtinet̄ ꝓpt̄ fluxū fluuij. ⁊ p̱ ꝯn̄s ab alia ⁊ alia ſupficie aque.
Similiter argueret̄ de turri quā ꝯtinue alius ⁊ aliꝰ aer circūdat ꝓpt̄ vētū

Tercio q̄a ſcḋꝫ Ariſto: hic ⁊ alibi freq̄ēter locus ſaluat ⁊ ꝯſeruat locatū: ⁊ ſcḋꝫ Porphiriū locus eſt principiū gn̄atiōis effectiuū: hec aūt nō ꝯueniunt neq̄ ſupficiei neq̄ etiā reſpectui ꝯtinētie q̄ fundat̃ in illa ſupficie: quoniā neq̄ quātitas neq̄ reſpectus eſt de gn̄e actiuoꝝ. ¶ Ad p̄mū dico p̄ſupponēdo ꝙ q̄a locus vltra ſupficiē addit relationē ꝯtinētis: nā ſupficies abſoluta circūſcripta rōe ꝯtinētis nō habꝫ rōeꝫ loci: ideo locus pōt accipi dupliciter. vno mō ꝑ materiali ſcꝫ ꝑ ſupficie ꝯcaua ꝯtinētis p̄rimi: alio mō ꝑ formali ſcꝫ ꝑ reſpectu ꝯtinētie actiue fundato in illa ſupficie ⁊ terminato ad locatū. q̄ reſpectus ꝑtinet ad p̄dicamētū vbi ſcḋꝫ Sco. xj. q. q. Nā gn̄aliſſimū illius predicamēti eſt vbi cōe ad vbi actiuū: qḋ ḋr locus formaliter ⁊ ad vbi paſſiuū. licet autor ſex p̄ncipioꝝ ſolū diffinit vbi paſſiuū. hoc ſuppoſito rn̄deo ad p̄mū ꝙ ſi capit̃ locus ꝑ materiali: cōcedit̃ ſcḋꝫ Cōmē. ꝙ eſt mobilis ꝑ accn̄s ad motum ꝯtinentis corpis ſeu locātis ſed nullo mō ad motū corpis locati. Verū tñ ſi moueri ꝑ accn̄s nō ꝯuenit ei inquātū eſt locus ꝟ inquātū terminus corpis. Nā (vt vult Sco. in ij. diſ. ij. in ſolu: q. v) nō eſt de rōe loci vt ſit terminus corpis ꝯtinētis: q̄a ſi ꝑ poſſibile vel impoſſibile illa ſupficies ſit ꝑ ſe: poſſet eſſe p̄rimū ꝯtinēs ⁊ vere haberet rōeꝫ loci. Si aūt locus capit̃ formaliter ſcꝫ ꝑ reſpectu ꝯtinētie ſic locus nec ꝑ ſe nec ꝑ accn̄s eſt mobilis localiter: ꝟ bn̄ eſt corruptibilis moto corpe ꝯtinēte q̄a amplius nō manet illa relatio ꝯtinētie ſicut neq̄ ſupficies: vt arguit̃ in ſcḋa ratione de lapide iacēte in fluuio: ꝟ q̄a neceſſario ibi ſuccedit aliud ꝯtinēs qḋ ſilr ꝯtinet: in quo licet ſit alia numero relatio ꝯtinētie ſicut ⁊ alia ſupficies ꝯtinēs: tñ eſt eadē p̄cedēti ꝑ equiualentiā: hoc eſt q̄a om̄ia eque ſaluant̃ de loco ac ſi eſſet om̄ino idē locus in numero. Et ꝑ hoc ſoluta eſt ſcḋa iſtātia. ¶ Sed dices ꝯtra ſolutionē. dato ꝙ illius lapidis ſit idē locus ꝑ equiualētia tñ q̄a habet aliū ⁊ aliū locū in numero ergo mouebit̃ localiter q̄a mutat locū. Rn̄deo ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄d moueat̃ localiter req̄rūt̃ duo. primo ꝙ mobile ꝑ ſui mutationē mutet locū: ſcḋo ꝙ inter p̄orē locū ⁊ ſbſequētē ſit diſtātia localis. quoꝝ vtrūq̄ deficit in ꝑpoſito: quia ille lapis mutat locū ſolum ꝑpter mutationē ꝯtinentis. Ad terciū rn̄deo ꝙ loco inquātū locus nō ꝯuenit ſaluare locatū ꝑ ſe. ſed ſolū ꝑ accn̄s ſcꝫ rōe determinate forme ſbalis ⁊ qualitatū naturaliū illius corpis cuius locus eſt terminus: vn̄ Sco. vbi ſupra ḋr ꝙ naturalitas multū accidit rōi loci. ꝑ tanto igit̃ aliq̄d ḋr eſſe in loco naturali vel a loco naturali ſaluari q̄a eſt in locāte naturaliter. i. in vltimo alicuius corpis continētis qḋ natū eſt ſaluare ꝯtentū: ⁊ eodē mō etiā ꝯuenit loco eſſe p̄ncipiū gn̄atiōis ſicut ſaluare locatū.

Acceptiōes loci.

De gn̄aliſſimo predicamento vbi.

Quō locus eſt immobilis.

Quō lapis in fluuio eſt in eodē loco cū non ab eadē ſupficie a que ꝯtinetur

Quō locus ſaluat locatū

Notādū aliquid ḋr eſſe ī loco tripliciter: primo circūſcriptiue cui pōt aſſignari principiū mediū ⁊ fi

nis. vel cuius ꝑtes ꝯmēſurāť ꝑtibus loci: Scđo diffinitiue quod ſic eſt in loco ꝙ hic ⁊ nō alibi eſt. Tertio repletiue: qđ replet om̄ez locū: ⁊ ſic deus đr eſſe in loco. Itē quedā ſunt in loco ꝑ ſe. vt ſubiectū motus: quedā ꝑ accn̄s: vt ea que ſunt in ſubiecto: ſicut forme ⁊ ꝑtes ītegrales rerū ꝯpoſitaꝝ.

¶Ponit autor duo natabilia in quibus declarat varios mōs eſſendi in loco. ⁊ ꝯiūgēdo vtrūqꝫ notabile q̄nqꝫ mōis aliq̄d contingit eſſe in loco ſcꝫ circūſcriptiue diffinitiue repletiue ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidēs: ⁊ hij vltimi duo mōi ſubdiuidunt primos duos q̄ modi licet om̄es ſunt manifeſti ex textu: tñ ad eoꝝ clariorē cognitionē dicā ſex ꝓpōes ¶Prima Eſſe in loco ſolū ꝯuenit rei exiſtenti. ⁊ ideo ficta entia rōis: ⁊ om̄ia ꝓducibilia. que dicūť ēſſe in poña obiectiua nullo mō ſunt ī loco: quoniā nō ſūt Scđa Eſſe in loco circūſcriptiue ſolū ꝯuenit corꝑi qđ habet ꝯtinēs diuiſuꝫ a ſe. ⁊ ideo celū licet ſit corpꝰ: tñ q̄a nō habet extra ſe ꝯtinēs ideo ſcđꝫ Ariſto. nō eſt in loco niſi ꝑ ꝑtes. Et hoc verū eſt capiēdo celū ꝓ tota regiōe celeſti: ſic em̄ acceptū đr plures ſperas quaꝝ ſupior ꝯtinet inferiorez. Sed ſi capiať celū ꝓ vltima ſpera: ſic nō eſt in loco neqꝫ ſcđꝫ ſe totū neqꝫ ſcđꝫ ꝑtes vñ ſi moueť moueť (vt đr Sco: xj. q. q.) ſcđꝫ locare ⁊ nō locari. hoc ē ad vbi actiuū ⁊ nō paſſiuū. q̄a nūc aliter locat corpꝰ ꝯtentū quā prius locauit: ſed nō aliter locať q̄a nō locať Et iſto mōi intelligiť dictū Auerrois cōmē. xliij. iiij phiſi. ꝙ celū eſt in loco ꝑ centrū. q̄a ſuū eſſe in loco eſt locare locabile fixum in loco. Tercia ꝓpō. Om̄e illud đr eſſe diffinitiue in loco ꝙ ſic eſt p̄ñs huic loco ꝙ ſiť nō pōt eſſe in alio. ⁊ iſto mō om̄e ens creatū eſt in loco: Quarta ꝓpō. q̄cq̄d eſt in loco circūſcriptiue ē in eodē etiā diffinitiue: ſed nō ecōtra vñ angelus ⁊ alie res incorꝑales ſunt in loco diffinitiue: quoniā nō ꝯmenſurať loco. Quinta Solus deus eſt in loco repletiue: q̄a ſolus deus eſt ens infinitū: ⁊ ideo ſolus ipē replet om̄ez locū ſua eſſentia: poña: ⁊ p̄ñtia. đ quo poteris plura legere apđ doctores in xxxvij. diſ. j. ſen. Sexta ꝓpō. O ē illđ eſt ꝑ ſe in loco: cui ꝯuenit ꝑ ſe localiter moueri. qđ vero nō pōt moueri niſi ꝑ accn̄s nō ē ī loco niſi ꝑ accn̄s: ⁊ ꝙ nullo mō pōt moueri. nullo mō pōt eē ī loco. hec ꝓpō patꝫ nā ſcđꝫ Ariſto: in p̄ncipio iiij. phiſi. locū querimus ꝓpť motū. ex qua ꝓpōe infero aliquot corrolaria. primū deus q̄a nullo mō eſt mobilis nullo mō eſt locabilis. ſcđꝫ om̄es forme ſiue ſint ſbales ſiue accn̄tales q̄ꝫdiu informant ſbctū: ſimiliter partes q̄ꝫdiu ſunt in toto ſolū ſunt in lo-

Quō celū eſt in loco

F

patet q̄a ſolũ ſunt mobiles ꝑ accñs. ⁊ ſi aliquid poſſit ſeparí a corpe ⁊ eſſet ꝑ ſe tale iã eſſet in loco ꝑ ſe. vel circũſcriptiue ſi fuerit q̄ñtũ: vel ſolũ diffinitiue ſi fuerit nõ q̄ñtũ. Ex quo vltra ſequit̃ ꝙ ſi ꝑ poñaʒ diuinã materia ſepararet̃ ab om̃i forma eſſet ꝑ ſe in loco diffinitiue vt vult Sco. xij. diſ. ij. q. ij

**Uacuũ ē locus non repletus corpe aptus natus tñ repleri: ⁊ ipm̃ vacuũ eſſe eſt impoſſibile: quo tñ ſuppoſito: nec motus naturalis: nec aĩalis: nec violentus in ipo poſſet fieri naturaliter.**

¶Poſt tractatũ de loco incipit autor tractare de vacuo: quoniã vacuũ eſt quidã locus. ⁊ duo facit. primo ponit hãc diffinitionẽ vacui. Uacuũ eſt locus. ⁊c. i. locus in quo nõ eſt actu corpꝰ ſed aptũ natũ eſt eſſe. ſcḋo ponit notabile in quo tãgit duo ad intẽtionẽ Ariſtote in iiij. phiſi. p̃mũ ꝙ impoſſibile eſt eſſe vacuũ: ⁊ hoc põt intelligi dupliciter vno mõ de impoſſibili ſcḋʒ naturã ita ꝙ ꝑ poñaʒ naturalẽ nõ põt eſſe vacuũ ⁊ ſic eſt verum; quod dicitur. alio modo põt intelligi de impoſſibili ſimpliciter ſic ꝙ implicet ꝯtradictionẽ vacuũ eē vel ꝙ ꝑ nullã poñaʒ etiã diuinaʒ poſſit poni vacuũ. ⁊ ſic eſt falſum. prima pars patet ſic. nã ꝓpter ordinem vniuerſi qui ꝯſiſtit in ꝯtiguitate eius ptiuʒ que ꝯtiguitas nõ ſaluaret̃ poſito vacuo inter eaſdẽ ptes natura vniuerſalis ſic abhorret vacuũ: vt moto localiter vno corpe ſtatim in locũ eius ſuccedit aliud: etiã ſi debet moueri ꝯtra inclinationẽ nature ꝓprie. vñ ne fiat vacuũ q̃ñq̄ grauia aſcendunt vt patet de ductu aque ꝑ fiſtulas cannaliũ ad loca altiora; q̃ñq̄ etiã grauia quieſcũt in aere ſine aliquo ea retinẽte vt patet de clepſidra repleata aqua qui ſi eleuet̃ in aerẽ bene clauſo foramine ſuperiori aq̄ua nõ effluit ꝑ foramina inferiora. Per naturã aũt vniuerſalẽ nõ ſolum intelligo cauſas vniuerſales vt deum vel celũ: ſed intelligo totũ ordinẽ entiũ vniuerſi tam ſuperiorꝝ q̃ʒ inferiorꝝ ꝙ aũt nõ implicet ꝯtradictionẽ eē vacuũ ꝑ potentiã diuinam eſt ſententia Sco. in iiij. diſ. xliij. q. v. ⁊ in q. q. xj. ⁊ ꝓbat̃ ſic. Nam ſi deus ſubito faciat ex magno corpe paruũ; ⁊ relinquat aerem circũſtantẽ nature ꝓprie: cũ natura nõ poſſit mouere in inſtanti aerẽ circũſtantem vt ſubito applicet̃ lateribus illius corpis parui neceſſario ibi erit vacuũ ad tpꝰ: quouſq̄ natura applicaret aerẽ circũſtantẽ lateribus illius corpis parui. Scḋm ꝙ tangit̃ in textu. eſt ꝙ dato ꝙ ſit vacuũ in illo nullus motus poſſet fieri. Cuius cauſa eſt ſcḋʒ Ariſto. in iiij. phiſi. quia ſi motus fieret per vacuũ ſequeret̃ ꝙ ille motus fieret in nõ tpe ſeu in inſtanti ꝯſequens eſt falſum: quoniã om̃is motꝰ fit in tpe ſed ꝯſequentia ꝓbat̃ quia ſucceſſio in motu ꝓuenit ex reſiſtẽtia me

Quõ vacuũ eſſe ē impoſſibile.

Utrũ motꝰ poſſit eſſe in vacuo.

dÿ:⁊ ideo quāto mediū minus reſiſtit tanto motus fit velocioꝛ ſeu in minoꝛi tꝑe.ceteris paribus.Sed vacuū nihil reſiſtit:ergo ſi motus fieret in vacuo:cū ibi nulla ſit reſiſtentia medÿ.motus ille fieret in inſtanti.Sed quia nō ſola reſiſtentia medÿ eſt cauſa ſucceſſiōis motus vt etiā antea tactū eſt circa illū textū motus nō fit in inſtanti.nam(vt dt Sco.in ÿ.diſ.ÿ.q.ix.motus habet diuiſibilitatē ⁊ ſucceſſionē eſſentialem ex diuiſibilitate ſpacÿ: q̄a oīe mobile motū a virtute finita neceſſario prius ꝑ tranſit vnā ꝑtem ſpacÿ q̄ʒ aliam:ſed vltra illā ſucceſſionē eſſentialē pōt addi motui velocitas vl̄ tarditas que ꝓuenit ratione ſbtilitatis medÿ vl̄ denſitatis.Cū itaqꝫ diuiſibilitas ſpacÿ per quod fit motus ſit eſſentialior cauſa ſucceſſionis motus q̄ʒ medÿ reſiſtētia ideo dico ex ſētētia Scoti ꝙ ſi eſſet vacuū poſſet in ipo eſſe motus etiā ſucceſſiuus:loquendo de ſucceſſiōe eſſentiali ſed nullā haberet velocitatē aut tarditatē accidentalem.quā haberet in pleno. ⁊ ꝑ hoc ſoluit autoꝛitas autoꝛis noſtri ⁊ philoſophi.voluit eñ Ariſto.ꝓbare ꝙ nullus motus poteſt eſſe in vacuo habens velocitatē aut tarditatē ſuꝑadditā ſucceſſioni eſſentiali:vñ ⁊ angelus cū mouet̄ ꝑ plenū:motus eius eſt ſucceſſiuus:⁊ tamē certū eſt ꝙ illa ſucceſſio nō ꝓuenit ex reſiſtentia medÿ cauſata ex denſitate maioꝛi vel minoꝛi illius medÿ.quia ſpiritui nullū coꝛpus reſiſtit. Similiter diceret̄ de anima ſepata a coꝛpe:⁊ de coꝛpoꝛe gloꝛificato.Et ſi queras an ille motus in vacuo eſſet naturalis vel animalis vel violentus.Dico ꝙ motus grauiū deoꝛſum eſſet naturalis ⁊ ſurſum violentus.attendendo naturalitatem ex ꝑte mobilis nō ex ꝑte medÿ.Dico etiā ꝙ ꝓiecta nō mouerent̄ ad motū medÿ deferentis ſed a virtute eis impreſſa a ꝓiciēte. De motu aūt animalis dico ꝙ gradientia poſſent ꝑ terrā ambulare ſi ſupra terram eſſet vacuū ſuppoſito ꝙ poſſent viuere ſine reſpiratiōe.tñ auis nō poſſet volare ſine aere:nec piſcis natare ſine aqua.Nec poſſet fieri viſio nec auditio nec odoꝛatio.quia iſta requirūt mediū extrinſecum tanq̄ʒ deferēs ſpecies ad potentias Itē ↄtra predicta inſtatur.Si eſſet vacuū poneretur ſpaciū dimenſionatū:ergo coꝛpe ingrediēte in illud:dimēſiones coꝛpis ingrediētis penetrarēt dimenſiones illius ſpacÿ vacui:ↄñs eſt falſum q̄a iſta eſt cauſa quare coꝛpa plura nō pñt eſſe in eodē loco q̄a impoſſibile eſt fieri penetrationē dimenſionū:ↄña aūt ꝓbat̄:q̄a vacuū nō pōt moueri.igit̄ dimenſiōes eius nō cedūt dimenſiōibus coꝛpis ingrediētis.Dico ꝙ in vacuo nō ſunt dimēſiōes poſitiue ſꝫ ſolū imaginarie:⁊ ideo nō ſeq̄t̄ penetratio dimēſionū

Duplex ſucceſſio i motu

Tempus eſt numerus motus ſecundūʒ prius ⁊ poſterius:Numerus eſt triplex ſcilicet numerꝰ numeratꝰ vt ſunt res numerate vt tres lapides

vel quatuoꝛ. Et numerus numerans vt aīa: ⁊ nume-
rus mediāte quo numeramus: ⁊ hoc tripliciter. pri
mo vt actio aīe vel cōceptus aīe quo numeramus.
ſcḋo vt qḋlibet nomē numerale vt duo quātuoꝛ. ter
tio vt quelibet res qua mediante res numerat ipſa
aīa. Numerus numeratus duobus mōis numerat̄
primo a cauſa que facit numerū: ⁊ ſic tpus numera
tur a motu: quia pꝛius ⁊ poſterius in tpe cauſatur
a priori ⁊ poſteriori in motu. Aliter numerat̄ nume
rus numeratus a ptibus ſuis ⁊ a ſubſtātia ſua. ⁊ ſe
cūdū hoc tpus numerat̄ dupliciter ſcꝫ a pͦꝛi ⁊ a po
ſteriori in tpe. ⁊ ab ipo nūc iterato ſcḋꝫ eſſe eodē tn̄
pmanēte ſcḋꝫ ſubſtātiā. ⁊ ſic tpus eſt numerus quo
numeram⁹ motū qa certificat̄ quātitas tp ie ex nu
mero ſuaꝝ ptiū ⁊ ex ſubſtātia ſua: ⁊ hac certificata
certificat quātitatē motus.

¶ In hoc vltimo capitulo determinat de tpe: qḋ eſt paſſio motus ⁊ plura facit: primo ponit tres diffinitiōes tpis: ſcḋo oñdit quomō nūc habet ſe ad tpus. tercio declarat plures modos q̄b⁹ aliqḋ dꝛ eſſe in tpe: quarto enūerat dꝛias tpis: qnto ⁊ vltio pbat tps eē magis cāꝫ corruptiōis q̄ȝ gnātiōis. ⁊ hec oīa tractāt̄ ab Ariſto. in vltio tractatu iiij. phiſi. Pꝛia diffinitio tpis ſic exponit̄. Tpus ē numer⁹. i. mēſura motus ſcḋꝫ prius ⁊ poſterius. i ſcḋꝫ ptē pcedētē ⁊ ſbſequētē. qḋ iḋo addit̄ qa tpus eſt mēſura motus precifſe inquātū in eo ſunt plures ptes quaꝝ altera eſt pͦꝛ ⁊ altera poſterioꝛ. Ex

quo patet ꝙ tp̄s eſt menſura rerũ in quibus inueniť prius ⁊ poſterius ꝺm ratiōe vt eſt motus ⁊ oĩes opatiōes que fiũt ſucceſſiue: ¶ Poſtea autoꝛ volens declarare quō tp̄s eſt numerus motus: ponit diuiſionē numeri ꝑ qua diuiſiōe ꝯſiderãdũ eſt ꝙ numerus numerans pōt intelligi dupliciter. vno mō effectiue ⁊ ſic aĩa dr̄ numerus numerans. alio mō formaliter ⁊ ſic oĩe illud quo formaliter aliud numeramus ſiue menſuramus dr̄ numerus numerãs: hoc mō numerus mathematicus dr̄ etiã numerus numerãſ nō effectiue ſed formaliter: ⁊ ſolũ iſto mō ſcd̄o nos vtemur numero numerante in ſeq̄ntibus q̄ ſcꝫ coincidit cũ numero quo numeramus. Ulterius ꝯſiderandũ eſt ꝙ ſb̄a tp̄is ſcd̄ꝫ autorē eſt ip̄m nũc nō vt ſtans q̄ꝛ ſic eſt ſb̄a eui: ꝫ vt fluēs qd̄ dr̄ ꝓprie iſtãs ⁊ illd̄ iſtãs poniť eē vnũ ⁊ idē i toto illo fluxu ſecũdũ ſb̄aꝫ: licet ſit aliud ⁊ alid̄ ſcd̄ꝫ eſſe: ſicut mobile in toto motu manet idē ſcd̄ꝫ ſb̄aꝫ: licet diuerſificeť ſcd̄ꝫ eſſe: qd̄ dictũ quō eſt verũ ⁊ quō nō: dicetur infra circa textũ de nũc. Uult itaqꝫ dicere autoꝛ ꝙ tp̄s ꝯpatũ ad motũ primi mobilis: ſilr̄ ad ſb̄aꝫ ſuã que eſt nũc: ⁊ ad ꝑtes ſuas que ſunt prius ⁊ poſterius dr̄ numerus numeratus: ꝫ ꝯpatũ ad alios motus inferiores eſt numerus numerãs: ita ſcꝫ ꝙ tp̄is quãtitas numerata ſeu menſurata hoc ē certificata ex motu primi mobilis ⁊ etiã numero ſuaꝝ ꝑtiũ ac ſua ſb̄a menſurat alios motus. ſicut vlna menſurata numero ſuaꝝ ꝑtiũ vel quocũqꝫ alio menſurat pannũ ⁊ alia multa q̄bus applicať. ⁊ ex hoc patet ſcd̄ꝫ intentionē autoris dr̄ĩa huius p̄me diffinitiōis tp̄is. a tercia in qua diceť ꝙ tp̄us eſt menſura motus ſcd̄ꝫ prius ⁊ poſterius: prima eñ dať de tp̄e in ordine ad motũ primi mobilis a quo tp̄us numerať vt a ſua cauſa. ſed tercia dať per ꝯpationē ad motus alios quoꝝ tp̄us eſt menſura: licet aũt hec ſit intentio autoris. tñ ſcd̄ꝫ verã expoſitionē que dicta eſt in principio hu9 capituli: nulla eſt dr̄ĩa inter p̄mã ⁊ terciã diffinitioneꝫ. ymo ſunt vna diffinitio. Tp̄us eñ eſt menſura: cuiuſlibet motus: vt magis patebit ex ſeq̄ntibus. Sed cōtra hoc obijciť Ariſto: poſt predictã diffinitionē tp̄is declarãs quo mō tp̄us eſt numerus. dr̄ ſic. Tp̄us aũt eſt qd̄ numerať ⁊ nō quo numeramus ergo videť ꝙ in hac diffinitiōe numerus nō eſt idē ꝙ menſura: q̄ꝛ mēſura nō eſt illud qd̄ numerať ſed quo numeramus. Rñdeo ꝙ Ariſto. in verbis allegatis nihil aliud vult quã ꝙ tp̄us nō eſt numerus mathematicus quo numeramus diuerſas res puta hoīes equos ⁊ cęť. ⁊ q̄ nō eſt ꝓpria menſura alicuius predictoꝝ q̄ꝛ hoc numero etiã tp̄us numerať vt cũ dicimus tp̄us vnius duaꝝ vel triũ horaꝝ. nō aũt vult tp̄s eſſe id qd̄ numerať a motu niſi quo ad nos: ymo tp̄us eſt id quo numeramus oēm motũ. dr̄ eñ ibidē ſtatī poſt diffinitionē. Signũ aũt ꝙ tp̄us ſit numerus motus: eſt. plus eñ ⁊ min9 numero indicamus. motũ aũ. plurē ⁊ minorē tp̄e. numerus itaqꝫ tp̄us eſt. ex quo textu manifeſtũ eſt ꝙ in hac diffinitiōe tp̄is Ariſto. nō intendit dicere tp̄us eſſe numerũ numeratũ a motu ſed potius numerũ quo numeramus

Numerus numerãs duplex.

motū: ꝛ ꝙ hec ſit intētio Ariſto. patz ex ꝓprietatib⁹ tp̄is quas hic ad declarā-
dū ꝓpoſitū nō eſt inutile adducere ſunt itaqꝫ ſcdm Ariſto. Quinqꝫ ꝓprie-
tates tp̄is. Prima dabile eſt minimū tp̄us ſcdm multitudinē vt in nume-
ro dierꝫ vnus vel duo dies: ſed nō eſt dabile minimū tp̄us ſcdꝫ magnitudi-
nem. quia om̄is magnitudo eſt diuiſibilis in infinitū. vt iam ſepe dictuꝫ eſt
ex ſexto phiſi. Scd̄a ꝓprietas tp̄us nō dr̄ velox ꝛ tardū ſicut neqꝫ aliq̄s nu-
merus quo numeramus: ſꝫ dicit̄ multū ꝛ paucū: ꝛ hoc in quātū eſt nume-
rus: dr̄ etiā longū ꝛ breue inquātū eſt ꝯtinuū. Tercia tp̄us eſt vbiqꝫ idē nu-
mero ſimul: licet nō ſit idem qd̄ eſt poſterius cū illo qd̄ fuit prius. ſicut mo-
tus primus cuius tp̄us eſt menſura ſimul nō eſt niſi vnus: licet ꝑs eius p̄i-
or ꝛ poſterior eſt alia ꝛ alia. Quarta ſicut motus primus eſt vnus ꝛ ꝯtinu-
us ꝑ reiterationē: ſic ꝛ tp̄us reiterat̄: vt hiems. ver. eſtas: ꝛ autumn⁹. Quin-
ta nō ſolū menſuramus motū tp̄e ſed etiā ecōtra tp̄us motu: nā nō ſolū co-
gnoſcimus numerabilia ꝑ numerū ſed etiā ecōtra numerū ꝑ numerabile
reiteratū: ſicut multitudinē equoꝝ numero cognoſcimus. ꝛ ecōtra ꝑ vnuꝫ
equū aliquotiēs replicatū cognoſcimus numerū: vtrū aūt tp̄us eodē mō ſe
habet ad motū primi mobilis ꝛ ad alios inferiores vel aliter patebit circa
textū ſequentē: ibidē etiā patebit de priori ꝛ poſteriori. quomō ponūt̄ in dif-
finitiōe tp̄is. Ad cognoſcendā aūt menſurā durationis alioꝝ a motu. notan-
dū ꝙ menſura ſeu duratio rerū vniuerſi inuenitur quadruplex. Prima eſt
entiū omnino neceſſarioꝝ immutabiliū ſimpliciter: ꝛ iſta eſt eternitas. Se-
cūda eſt ꝑmanētiū vt ꝑmanētia ſunt. ꝛ dr̄ euū. Tercia eſt ſucceſſiuoꝝ: ꝛ dr̄
tp̄us. Quarta eſt raptim trāſeuntiū: ꝛ dr̄ inſtans de quibus aliqua breuiter
dicamus. ꝛ primo de eternitate quā ſic diffinit. Boetius li. v. de ꝯſo. p. vj.
Eternitas eſt interminabilis vite tota ſimul ꝛ ꝑfecta poſſeſſio. hāc diffinitio-
nē exponēs Sco. vj. q. q. dt ꝙ ibi ponit̄ vita (que accipit̄ ꝑ exiſtētia actuali
ꝑfecta) tanq̄ꝫ cōnotatū ꝛ quaſi ſbctm̄ vel fundamētū eternitatis: Eternitas
em̄ eſt mōs intrinſecus exiſtētie vt ibidē pauloan̄ dixit Sco. Addūt̄ ꝛ alie
tres ꝑticule vcꝫ interminabilis: qd̄ excludit deſitionē ꝛ tota ſit̄. qd̄ excludit
ſucceſſionē: ꝛ ꝑfecta poſſeſſio: qd̄ excludit depēdentiā ꝛ ꝑticipationē. vnde
eternitas nihil aliud ē quā exiſtētia dei actualis ꝛ ꝑfecta: ꝯnotāda hec tria
vcꝫ ꝙ eſt interminabilis. q̄a nec p̄ncipiū nec finē habet. tota ſit̄: q̄a eſt ſine va-
riatiōe ꝛ ſucceſſiōe ꝛ ꝑfecta: q̄a nō depēdet nec eſt ab alio ꝑticipata. Ex quo
patet ꝙ in eternitate nō eſt p̄teritū vel futurū: ſed ſolū nūc p̄ns: cū ibi nul-
la ſit ſucceſſio. ꝛ ſi dicas. v̄ba q̄ ꝯnotāt tp̄s ꝛ ſucceſſionē dicūt̄ de deo vt de⁹
ſcit de⁹ ſciet ꝛ cūj̄s. ergo videt̄ ꝙ in eternitate dei ē pri⁹ ꝛ poſterius ꝛ ꝑ con-
ſequēs ſucceſſio rn̄det Sco. diſ. x. j: ꝙ talia verba que dicūt̄ de deo magis
dicūt̄ ꝯnotare nūc eternitatis quā drn̄tias tp̄is nō tn̄ illud nūc abſolute: ſꝫ
in quātū coexiſtit ꝑtibus tp̄is. vt cū dr̄ deus genuit deū: ꝯſignificat nūc e-
ternitatis inquātū illud coexiſtebat ptō: de⁹ gn̄at. i. deus habet actū gn̄an-

Quinqꝫ ꝓpͤtates tēporis

quadruplex mēſura durationis.

Eternitas.

Quō verba tp̄us ſignificātia dicūt̄ de deo.

ſi in nũc eternitatis inquãtũ illud coexiſtebat tpi pñti. ⁊ ex hoc patet ꝙ cũ
illud nũc vere coexiſtat cuilibet drñtie tpis. vere dicimꝰ de deo drñtias oĩ3
tpm. Scđa menſura eſt euũ. vñ angelus ⁊ omĩa ſba creata ⁊ omĩs opatio
interior angeli: ⁊ gñaliter omẽ ens pmanẽs cuius totũ eſſe pōt ſimul acq̃
ri menſurat̃ euo. Euũ aũt nō eſt aliud quã exiſtentia rei p manẽtis ↄnotan
do ipam coexiſtere tpi vero vel imaginario. ⁊ illud qđ menſurat̃ euo vocat̃
euiternũ vt angelus: illud vero qđ eſt menſura eius durationis dr̃ euũ: qđ
nō eſt aliud ꝗ̃ exiſtentia eiuſdẽ. Et ſi queras. Utrũ omniũ euiternoꝝ ſit vnũ
euũ vel tot ſunt eua quot euiterna. Rñdet̃ pbabiliter ſcđm Sco. diſ. ij. ij.
q. iij. ꝙ ſi p euũ intelligat̃ actualis exiſtentia cuiuſcũꝗ euiterni: ſic tot erunt
eua quot euiterna. Si vero noīe eui intelligat̃ exiſtentia illius qđ eſt ſimpli
cius inter euiterna que cognita nata eſt certificare de alijs ſic eſt tm̃ vnum
euũ ſcʒ exiſtẽtia primi angeli reſpectu oīm euiternoꝝ. lege plura apđ Sco
vbi ſupra: illud etiã ſciendũ eſt. ꝙ euũ nō eſt menſura ex natura rei neꝗ il-
lius cui eſt intrinſecũ: neꝗ aliquoꝝ alioꝝ ſi ponat̃ tm̃ vnũ euũ: quia illđ qđ
eſt menſura ex natura rei debet eſſe nocius naturaliter ⁊ aliud ab ipo men
ſurato ſed in exiſtentia angeli aut alioꝝ euiternoꝝ nihil ẽſt tale: q̃a vt iã di-
ctũ eſt euũ angeli nihil aliud eſt ab exiſtẽtia angeli. Itẽ nō eſt de rōe eui vt
ſit duratio pncipiũ habẽs ſine fine vt pleriꝗ ſenciũt ſiue enĩ exiſtẽtia ange-
li habeat finẽ ſicut habet pncipiũ ſiue neutrũ habeat: nihil minus dr̃ euũ: ſi
Tempus
cut ⁊ exiſtentia alioꝝ pmanẽtiũ que habẽt principiũ ⁊ finẽ. Tercia menſu-
ra eſt tpus. qđ primo habet menſurare motũ ⁊ omẽs actiōes ſucceſſiuas:
entia vero p manẽtia nō mẽſurat niſi p accñs. i. inquãtũ ſubiecta ſunt mo
tui. Menſurat etiã tempus quietẽ. vt dictũ eſt in capitulo de quiete. ſed ſo
Quō quies menſuratur tempore.
lũ p accñs ⁊ priuatiue. vnde ſicut ſi eſſet ſpaciũ vacuũ. menſuraret̃ eiſdem
dimenſiōibus priuatiue quibus menſurat̃ plenũ poſitiue (vacuũ enĩ ſi eſſet
nō haberet dimẽſiōes poſitiuas ſed ſolũ potentiales) ita in pposito quies
menſurat̃ eodem tpe priuatiue quo motus menſurat̃ poſitiue. vnde ſicut
nō pōt aliquid moueri in inſtanti vt ſupra dictũ eſt. ita nec quieſcere. cuius
ratio ſcđm phm̃ eſt iſta. quia moueri eſt aliter ſe nũc habere quã prius. et
hoc aut ſcđʒ locũ: aut ſcđʒ quãtitatẽ: aut ſcđʒ qualitatẽ: quieſcere vero ẽ ſitr
Quare ĩ inſtanti non fit motus neꝗ quies.
ſe habere nũc ſicut prius: ſed in inſtãti nō eſt aliqđ prius vel poſterius ꝑ ſo
lũ in tpe ergo ⁊c. Ultima mẽſura vocat̃ inſtãs que pmo habʒ mẽſurare mu
tata eſſe: hoc eſt indiuiſibilia copulatiua ⁊ terminãtia ptes motus: ⁊ muta
tiōes iſtãtaneas: ſicut gñatiōes ⁊ corruptiōes. ⁊ p accñs mutabilia: inquan
tũ ſcʒ hñt eſſe ſb mutato eſſe vel mutatiōe inſtãtanea de quo magis patebit
(in capitulo de nũc.

**Tpus etiã eſt motus quidã regulariſſimus numera
tus ab ipa anima ſcđm prius ⁊ poſterius.**

Drũt regu-laritas ⁊ vniformitas motus:

¶ Ponit̃ ſcḋa diffinitio tp̄is. Ad cuius declaratiōnē. Notādū eſt p̄mo q̄ regularitas motus ex alio ſumit̃ q̄z vniformitas. Nā regularitas motus ſumit̃ ex hoc q̄ mobile eque velociter mouet̃ ꝑ qualibet pte tp̄is. Uniformitas vero ex eo q̄ mobile eque velociter mouet̃ in oībus ſuis partibus. ex quo patet q̄ põt eſſe motus vniformis qui nõ eſt regularis ⁊ ecõtra: primũ patet: q̄a motus lapidis deorſuz eſt vniformis q̄a oēs eius ptes eque velociter mouent̃: ſcḋz patet de motu celi: q̄ licet nõ ſit vniformis (q̄a ptes celi circa polos tardius mouēt̃ quā ptes celi circa zodiacū. Nā ptes celi ꝓpinque polo minorē circulū deſcribūt quā ille que ſunt circa zodiacū: in eq̄li tpe) tñ eſt regularis: q̄a nulla ps velocius mouet̃ vno tpe quā alio. ſaltem habēdo reſpectū ad ꝓpū centrū vniuſcuiuſq̄ʒ orbis: inter motus aũt orbiū celeſtiū motus p̄mi mobilis eſt regulariſſimus. ⁊ ideo etiā ponit̃ primus. ⁊ regula ſeu metrū oīm alioꝝ motuū vt patet ex viij. phiſico. ⁊ de hoc ſolo intelligit̃ pñs diffinitio que poſita eſt ſcḋz opinionē eoꝝ q̄ tenent tp̄us nihil aliud eſſe realiter quā motu primi mobilis: nõ abſolute ꝫ vt in eo aīa numerat prius ⁊ poſterius. ita q̄ prius ⁊ poſterius in motu vt numerata ab aīa. ſunt ipm̄ tp̄us. Pro hac opiniōe eſt illud Cōmē. ſi nulla aīa eſſet. nullū tēpus eſſet. ⁊ ad Ariſto. q̄ negat tp̄us eſſe motū. dicūt q̄ verū eſt quātum ad eſſe formale qḋ habet tp̄us ab aīa: ſed nõ quantū ad eſſe materiale: ymo vt ſic realiter eſt ipē motus p̄mi mobilis: hec aũt opinio licet videat̃ ꝓbabilis tñ q̄a eſt ꝯtra intentionē Ariſto. ⁊ habet in ſe quandā latentē ꝯtradictionē in hoc: q̄ ex vna pte ꝯcedit tp̄us eſſe paſſionē ⁊ menſurā cuiuſlibet motus. vt habet̃ ex iiij. phiſi. ⁊ ideo oꝑter q̄ tp̄us dicat aliquid ꝑte rei diſtinctum a motu etiā ſecluſa quacūq̄ʒ aīa. ⁊ ex alia pte ponit tp̄us nõ habere eſſe aliqḋ diſtinctū a motu ſine aīa ideo Dico aliter q̄ ſecluſa quacūq̄ʒ aīa tp̄us habʒ eſſe reale diſtinctū a motu etiā p̄mi mobilis. ⁊ ideo ꝯcedo cū Ariſto. hanc eſſe falſam tp̄us eſt motus regulariſſimus ſeu primus. ꝓpter hoc quia ſicut nulla paſſio in abſtracto predicat̃ de ſuo ſb̃ctō quacūq̄ʒ predicatiōe ſic nec ecōtra. ⁊ etiā ꝓpter rōes phi q̄bꝰ ꝓbat tp̄us nõ eſſe motū: ꝫ aliquid motus. Ad auctoritatē aũt Cōmē. dicētis ſi nulla aīa eſſet nullū tp̄us eſſet. veꝝ eſt quātū ad eſſe cognitū ſeu diſcretū ptiū eius: ſed hoc accidit nature tp̄is

Utrū tēpus diſtinguitur realiter a motu.

Quare hec ē falſa tp̄s eſt motus.

¶ Sed reſtat dubiū. Utrū tp̄us ſit aliud a quātitate ſucceſſiua ſeu duratione motus p̄mi mobilis vel eſt idē q̄ ipa quātitas qua motus p̄mi mobilis eſt formaliter quātus ⁊ ſucceſſiuus vtraq̄ʒ ps videt̃ ꝓbabilis. q̄ em̄ alia ſit ꝓpa quātitas motus quā tp̄us: expreſſe dt Ariſto. v. metaph. ⁊ idē videtur tenere Sco. ibidē ⁊ in ij. diſ. ij. q. ij. Alia etiā ps q̄ quātitas ſucceſſiua motꝰ nõ ſit alia quā tp̄us. videt̃ eſſe ſentētia Ariſto. in predicamētis. vbi ſolū tp̄s ponit quātitatē ſucceſſiuā. ⁊ hoc expreſſe dt Sco. xlviij. diſ. iiij. q. ij. his verbis. Tp̄us nõ eſt in motu celi ſicut vna quātitas in alia quātitate: q̄a nõ eſt ponere tales duas quātitates in eodē ſb̃ctō: quaꝝ vna ſit quaſi ſb̃ctm̄ ⁊ al.

Utrū tp̄s diſtinguitur a quanditate ſucceſſiua motus.

tera quaſi paſſio. Ergo tpus vltra motū (vt motus includit ꝓpriā ſucceſſionē) nō addit niſi rationē menſure formaliter. Ex quo ſequit̃ primo. ꝙ aliter habet ſe tempus ad motum primi mobilis ⁊ aliter ad alios motus. Nam ad motum primi mobilis habet ſe vt paſſio ⁊ menſura, ad alios vero mot⁹ ſolum habet ſe vt menſura ⁊ non paſſio. ſicut quantitas vlne habet ſe ad vlnam ſicut paſſio ⁊ menſura: ad pannum vero habet ſe ſolum vt mēſura et nullomō vt paſſio. Sequit̃ ſcdo. ꝙ ſiue teneat̃ ꝙ tpus ſit idē ꝙ quātitas ſucceſſiua motus primi mobilis ſiue ponat̃ quantitas motus eſſe alia ab illa q̄ dr̃ tpus: neutro mō quātitas illa eſt de eſſentia motus: ſiue capiat̃ motus materialiter ꝓ forma ſcʒ fluente in motu ſiue formaliter ꝓ reſpectu moti ad motēs: qui eſt in gn̄e paſſiōis. ſicut em̄ quātitas ꝑmanēs nō eſt de eſſētia quāti ꝑmanētis: licet ſine ea nūq̄ ſit realiter: ſic etiā quātitas ſucceſſiua motus nō eſt de eſſentia motus: licet nūq̄ motus ſit ſine ipa. Et hoc ē verꝫ accipiēdo motū illis predictis duobus mōis. Nā ſi accipiat̃ motus ꝓ ipo fluxu ſucceſſiuo: ſic nihil aliud eſſet quā illa quātitas ſucceſſiua. Ultimo ſequit̃ ꝙ nō oportet multiplicare tpa ſcdm multiplicationē motuū. quia tpus vt dictū eſt. ſolū eſt paſſio ⁊ menſura intrinſeca motus primi mobilis: aliorū aūt motuū eſt menſura extrinſeca. ⁊ ideo Ariſto. dt idē tpus eſſe in celo in terra ⁊ in mari. Notandū ſcdo ſicut prius ⁊ poſterius in motu cauſāt a priori ⁊ poſteriori ſpacij vel forme in qua eſt motus. ita prius ⁊ poſterius temporis cauſantur a priori ⁊ poſteriori motus: ſicut etiam ſupra declaratum eſt de quantitate ⁊ diuiſibilitate in partes integrales. et ideo prius ⁊ poſterius conformiter accipiunt̃ in magnitudine motu ⁊ tpe ſicut ⁊ diuiſibilitas Nā ſi diuidat̃ magnitudo in qua fit motus in ptē priorē ⁊ poſteriorē: mox ita ꝯformiter diuidet̃ motus ⁊ tpus menſurās eūdē motū Uerbi gratia ſi fiat motus ꝯtinu⁹ ꝑ duas leucas in duabus horis diuiſa magnitudine in priorē ⁊ poſteriorē leucā in aliquo indiuiſibili copulāte illas leucas adinuicē: ſimul ⁊ ꝯformiter diuidet̃ motus in ptē priorē: que ſit ſup priorē leucā: ⁊ in ptē poſteriorē que ſit ſup poſteriorē leucā. ⁊ ſilr diuidet̃ tpus in priorē horā ⁊ poſteriorē. Ultimo notandū ꝙ cū prius ⁊ poſterius ſint relatiua: ⁊ in relatiuo aliud eſt relatio: aliud fundamētū: aliud ſubiectū: vt in ſimili ſimilitudo eſt relatio qualitas fundamētū. corpus aūt in quo eſt qualitas ſubiectū: ideo prius ⁊ poſterius in motu pn̄t capi tripliciter. vno mō ꝓ relatione prioritatis ⁊ poſterioritatis ⁊ ſic prius ⁊ poſterius in motu nec ſunt mot⁹ nec tpus. ſcdo capiūt̃ ꝓ fundamēto ſeu ꝓximo denoiato illius relatiōis: et ſic prius idē eſt qd quātitas ptis prioris motus: ⁊ poſterius idē ꝙ quantitas ptis poſterioris. hoc mō ꝯcedit̃ ꝙ prius ⁊ poſterius in motu ſunt tps tenēdo tpus eſſe quātitatē ſucceſſiuā motus. ſicut cōiter tenēt Scotiſantes ſcdꝫ intentionē Sco. xlviij. diſ. iiij. q. ij. tercio mō pn̄t accipi ꝓ ſubiecto: ſeu remoto denoiato: ⁊ ſic prius eſt prior pars motus: ⁊ poſteri⁹ poſterior pars motus. ⁊ ideo nō ſunt tpus ſed motus.

Qꝛ non ſunt plura tpa ſit.

Prius ⁊ poſterius ꝯformiter ſe hn̄t in tpe motu ⁊ magnitudine.

Prius ⁊ poſterius i motu capiūt̃ tripliciter.

Irē tpus eſt menſura motus ſcdm prius ⁊ poſteri⁹

G

qd̓ ſic patet:q̄a motus localis eſt ſup magnitudine
que habet ptē añ ⁊ poſt:⁊ ille due ptes dicūt reſpe
ctu medie ptis. Mobile aūt qd̓ monet̃ eſt q̄dā di
uiſibile:⁊ ē i poña ad renouationē vbi:loci ⁊ ſit⁹:⁊
hec poña diuiſibil̃ ē ſcd̓z diuerſas ptes magnitudi
nis vbi loci ⁊ ſitus.⁊ cū ip̄a ſit diuiſibilis. ⁊ cuiuſli
bet diuiſibilis ſit aliqua mẽſura:ergo exitus illiuſ
poñe ad actū:erit aliqua menſura:⁊ talis menſura
eſt tpus.

¶ Ponit̃ tercia diffinitio tp̄is que in ſenſu coincidit cū p̄ria. vt dictū eſt. Nã numerus in prima diffinitiōe idē eſt q̄ menſura. dr̄ tñ cōiter q̄ hec diffinitio ſit materialis reſpectu prime ita q̄ habeat ſe vt ↄcluſio demōſtrata p p̄mã. Cuius diffinitiōis declaratio ex dictis circa primã ⁊ ſcd̓az diffinitiōes clara eſt:⁊ ideo ab eius vlteriori declaratione me ↄtineo. Autor etiã pbat eã p̄miſſis quattuor ſuppōibus:p̄ma om̄is motus localis ſit in ſpacio qd̓ habet ptē p̄orem ⁊ poſteriorē ⁊ mediū copulãs illas ptes. hec eñ tria ſunt de rōe cuiuſlibet ↄtinui. vt ſupra dictū eſt de diuiſiōe motus. Scd̓a ſuppō:om̄e qd̓ monet̃ eſt diuiſibile: q̄a ſcd̓m Ariſto: vj. phiſi. indiuiſibile nō pōt p ſe moueri qd̓ quomō verū eſt expoſitū eſt ſupra. Tercia ſuppō. om̄e mobile localiter eſt in poña triplici vcȝ ad renouationē vbi:loci:⁊ ſitus. cuius ratio eſt:quia niſi eſſet in poña ad illa tria non poſſet moueri ad ip̄a:q̄a motus eſt actus entis in poña ſcd̓z q̄ eſt in poña. Circa qd̓ ↄſiderãdū q̄ mobile nō eodē mō eſt in poña ad illa tria. Nã vt dictū eſt ſupra motus localis eſt in poña ad vbi ſicut ad terminū intrinſecū ad locū vero ⁊ ad ſitū ſeu poſitionē ſicut ad terminū extrinſecū. ſolū eñ illud dr̄ terminus intrinſecus motus qd̓ eſt eiuſdē eſſentie cū motu materialiter ſumpto: Quarta ſuppō. p̄dicta poña hoc eſt motus localis eſt diuiſibilis ſcd̓z diuiſionem magnitudinis. vbi. loci ⁊ ſitus. hoc patet ex vj. phiſica vbi dr̄ q̄ motus:tpus. magnitudo in qua ſit motus:⁊ terminus ad quem. ↄformiter diuidūt̃ vt declaratū eſt circa textū precedenteȝ:⁊ ſupra circa illū textū:om̄e qd̓ monet̃ monebat̃ ⁊ monebit̃:premiſſis iſtis ſuppoſitiōib⁹ pbat̃ ſic diffinitio ex tex. Cuiuſlibet diuiſibilis eſt aliqua menſura ſed mot⁹ eſt diuiſibilis vt patet ex ſuppoſitiōibus:ergo ip̄ius motus eſt aliqua men

Terminus intrinſecus motus.

ra: ⁊ nō pōt eſſe alia quā tp̄us: q̄a opꝫ menſurā eſſe hōgeneā hoc eſt ꝓportionabilē ſuo menſurato ex x. metaph. ſed motus eſt ꝯtinuus ⁊ ſucceſſiu⁹ ergo opꝫ menſurā eius eſſe ꝯtinuā ⁊ ſucceſſiuā ⁊ tale nihil videt᷑ eſſe aliđ preter tp̄us ergo tp̄us eſt menſura motus ſcđꝫ prius ⁊ poſterius: hoc eſt. inquātū in ipo eſt aliquid prius ⁊ aliquid poſterius.

Et ſicut ipm̄ qđ fert᷑ vel mouet᷑ in motu ſuo eſt vnū ⁊ idē ens: h̄n̄s tn̄ ꝯpationes ad ꝑtes magnitudinis ſcꝫ reſpectu termini a q̊ ⁊ reſpectu termini ad quē ita idē eſt nūc ſcđꝫ ſubſtātiā qđ adiacet ei qđ fertur ⁊ nō habet idē eſſe ſcđꝫ ꝙ fluit a poſteriori in prius quē fluxū habet a ꝯtinuo ꝓceſſu ipſius mobilis a ꝑte p̄ori in ꝑtē poſteriorē: ⁊ ſic patet ꝙ nūc eſt ſubſtātia tp̄is: q̄a tp̄us nihil aliud eſt niſi ipm̄ nūc fluxu ſuo ſuſcipiēs eſſe ꝯtinuū. Nihil em̄ eſt accipe de tp̄e niſi nūc: qđ em̄ p̄teritū eſt nō eſt: ſed fuit: ⁊ qđ futurū eſt nōdū eſt: ſed erit. Nūc duobus mōis accipitur ſcꝫ p nūc qđ eſt ſubſtātia tp̄is. de quo iā dictū eſt. ⁊ p nūc qđ eſt terminus tp̄is: nō tn̄ ſimpliciter: ſed in ꝯpatiōe ad intellectū. vel ad aliquē motū ꝑticularē: ⁊ nūc qđ eſt ſubſtantia tp̄is ꝓp̄e dr̄ inſtans quaſi nō ſtans. ſed nūc qđ eſt terminus tp̄is retinet ꝓprie hoc nomē nūc.

¶ In hoc textu autor determinat de ipo nunc ſcđꝫ opinionē cōem quā ſemꝑ ſequit᷑ quā etiā

hic expreſſit ꝑ quinq ꝓpões quas ponit hic de ipo nūc. Prima ſicut mobile in toto motu monet idē ſcḋ3 ſbam. aliud ⁊ aliud hñs eſſe in priori ⁊ poſteriori pte motus: ita nūc: qḋ adiacet mobili ſicut menſura ſuo menſurato eſt vnū ſcḋ3 ſba3 in toto tpe. aliud ⁊ aliud habēs eſſe. ſcḋ3 ꝙ fluit a priori in poſterius. Scḋa ꝓpoſitio que ſequit̃ ex prima. Nūc eſt ſba tpis. ad cuiꝰ ꝓbationē inducit terciā ⁊ quartā ꝓpões Tercia eſt hec tpus nihil aliud eſt niſi nūc. Quarta nihil eſt accipe de tpe niſi nūc: cuius etiā ꝓbatio patet in texto. Quinta ꝓpõ. Nūc capit̃ dupliciter ⁊ cuꝫ. vt in texto. Contra predictas ꝓpões videnť eſſe tale nec ad intentionē Ariſto: poſite ꝙ prima ſit falſa. ꝓbat̃ duabus rōnibus Ariſto. in iiij. phiſi. quaꝝ prima eſt. illa dicunt̃ ſiľ tpe que ſunt in eodē indiuiſibili tpis. igitur ſi inſtans idē ſcḋm ſba3 eſt in toto tpe. ſeqnit̃ ꝙ ea que ſunt preſentia ⁊ que fuerūt añ milleſimū annū eſſēt ſimul. Scḋa ratio cuiuſlibet ↄtinui finiti ſunt duo termini diſtincti etiā ſecūdū ſubſtantiā. quia impoſſibile eſt idē ſcḋ3 ſubſtantiā eſſe finē quantitatis ⁊ principiū eiuſdē. accepto ergo aliquo tpe finito, optet ꝙ aliud ſit inſtās ſecūdū ſba3 qḋ eſt principiū illius tpis ⁊ aliud qḋ eſt finis eiuſdē. Si ad hanc rationē rñdet̃ ꝙ eſt aliud ⁊ aliud nūc ſcḋ3 eſſe ſed eſt idē ſcḋ3 ſubſtātiā: Contra ſi manens idem ſcḋm ſubſtantiā habet aliud ⁊ aliud eſſe ſcḋ3 que diuerſa eſſe terminat ante ⁊ poſt. ſequitur qḋ nūc nō per ſe ſed per accidens (ſc3 per diuerſa ſui eſſe que ſibi accidūt) terminat tps. ꝯñs eſt falſu3: quia oḿe indiuiſibile quod eſt de gñe quātitatis vel eſt ꝑ ſe terminus ↄtinui vel pars diſcreti. nūc eſt de gñe qualitatis: ⁊ nō eſt pars alicuius diſcreti: ergo opꝫ ꝙ ſit terminus ꝑ ſe alicuius ↄtinui. ⁊ nō põt eſſe alterius niſi tpis ergo ⁊c. Quod etiā hec prima ꝓpõ. ſit ↄtra intentionē Ariſto. ꝓbo ex ꝓprietatibus quas ponit Ariſto. de ipo nūc. quaꝝ hec eſt prima. Nūc menſurat tpus ſecūdū prius ⁊ poſterius. hoc eſt inquātū diſtinguit prius a poſteriori: ⁊ accipienda ē hic mēſura nō quo ad certificationē quātitatis menſurati: ſed quo ad cognitionē prioris ⁊ poſterioris in ipa. Scḋa nūc qḋ diſtinguit prius a poſteriori eſt idē ſcḋ3 ſba3. eſſe aūt ipiꝰ diuerſu3 ē. cuiꝰ ꝓbatio ē ibidē qꝛ nūc ſiłr ſe habet cū eo qḋ fert̃: quo motū cognoſcimꝰ: ⁊ priꝰ ⁊ poſteriꝰ i ipo. hoc aūt qḋ fert̃ vnū eſt ſcḋ3 ſba3: aut em̄ eſt lapis aut aliqḋ aliud: rōe vero diuerſum: in eo ꝙ alibi ⁊ alibi eſt. Ex hac ſcḋa ꝓpetate ⁊ eius ꝓbatiōe accepit auctor noſter pmā ꝓpoſitionē. Sed qḋ illa ꝓpõ ſit preter intentionē Ariſtotel' patet. nam nō vult Ariſto. ibidem nunc manere in toto tpe. quia oppoſitū ſequit̃ ex eius dictis. ſed quia qḋcūq nūc ↄſideratū ſcḋm ſe eſt ide3: ⁊ hoc dicitur idem ſcḋm ſubſtantiā: ↄſideratū aūt in ordine ad preteritū cuius ē finis. ⁊ ad futurū cuius eſt iniciū: dr̃ habere diuerſum eſſe. Et ad hoc declarandū eſt illud ſimile de mobili ꝑ quod in motu cognoſcimus ꝑus ⁊ poſterius; qḋ dicit̃ eſſe idem ſcḋ3 ſba3 diuerſu3 aūt ſcḋ3 eſſe. vbi phūs nō loquit̃

Utrū idē ſit inſtās in toto tempore.

Quinq ꝓꝓetates ipſius nunc

de mobili absolute vt precedit mutationē vt ex sequentibus ꝓprietatibus magis erit manifestū. ſed de mobili vt eſt ſub vna mutatiōe ſeu vt mutatū eſt. Nā ſcḋ3 eſſe illius mutatiōis ꝯſiderate in ſe: eſt idē ſcḋ3 ſb̄a3. ⁊ eſt aliḋ ſcḋ3 eſſe hoc eſt: vt ſub illa mutatiōe terminat preteritū ⁊ inciat futurū: et ſcḋm hoc dr̄ alibi ⁊ aubi eſſe: nō quidē actu: ſed in vno vbi medio inter extrema: inquātū terminat motū ſcḋ3 prius vbi ⁊ ichoat motū ſcḋ3 poſteri⁹ vbi Tercia ꝓprietas. nūc nō eſt ſine tpe nec ecōtra. ſicut mobile cuius eſt nūc menſura nō eſt ſine motu nec ecōtra. Quarta. nūc ꝯtinuat ⁊ diſtinguit tps ſicut mobile ꝯtinuat ⁊ diſtinguit motū: ⁊ punctus lineā. Quinta nūc nō ē ps tpis ſicut mobile nō eſt ps motus. nec pūctus linee. Ex his etiā ꝓprietatibus ⁊ marie ex tercia manifeſtū eſt: ꝙ phūs hic nō loquit̄ de mobili ſecūdū eius eſſe abſolutū quo precedit motū quia hoc mō nō pōt eſſe ſine motu nec eo mō nūc eſt menſura eius nec al quic ptinēs ad tps: ſed tot⁹ eoū vt ſupra dictū eſt circa primā diffinitionē tpis. vbi etiā dictu3 eſt nunc eſſe menſurā mutati eſſe. cui ꝯuenit ꝯtinuare ⁊ diſtinguere ptē priorē ⁊ poſteriorē motus. loquit̄ ergo phūs de mobili preciſe vt mutatū eſt ex vno vbi in aliḋ: ſicut paulo an̄ declaratū ē q̄b⁹ declaratis. dico ꝙ ꝓpō pria vt ſit vera exponēda ē ad itētionē ꝓprietatis ſecde. ⁊ hoc ſcḋ3 itētionē Sco. ij. di. ij. q. ij. cōtra quā poſitiōe3 obijcio rōe3 Ariſto. qua ꝓbat vbi ſupra idē inſtās manere in toto tpe ſic. ſi nō maneret idē inſtās in toto tpe ſed eſt aliud ⁊ aliud: ⁊ q̄a duo nūc nō pn̄t eſſe ſimul. ſicut neq3 due ptes equales tpis: oportet ꝙ pcedēs nūc corrūpat̄ adueniēte poſteriori: aut ergo corrūpit̄ in ſeipō aut in aliquo poſteriori. Nō in ſeipō: quia tūc eſt: alias ſil eſſet ⁊ nō eſſet. neq3 in alio ſequenti: q̄a cū illud ſequēs nō ſit immediatū nūc corrūpēdo ꝓpter hoc quia nō poſſunt eſſe duo indiuiſibilia imediata in aliquo ꝯtinuo vt ꝓbat Ariſto. vj. phiſi. neceſſario inter illud nūc ſequens ⁊ nūc corrūpendū mediaret tēpus quod nō eſt ſine nūc: ex tercia ꝓprietate. ymo in quolibet tpe ſunt infinita nūc: ⁊ ideo ſequit̄ ꝙ illud nūc corrūpendū eſſet ſimul cū illis infinitis nūc illius tpis medij. quod eſt impoſſibile. ⁊ ꝯfirmat̄ hec ratio quia ſi nunc corrūperet̄ vel corrūperet̄ qn̄ eſt. vel qn̄ nō ē: nō primū. q̄a ſil eſſet ⁊ nō eſſ3 Nō etiā ſcḋ3. quia quod nō eſt: nō corrūpit̄. Rn̄deo ꝙ inſtans ꝓpe nō corrūpitur. quia dicit Ariſto. ij. metaph. aliqua qn̄q3 eſſe ⁊ qn̄q3 nō eſſe ſine generatiōe ⁊ corruptiōe qualia ſunt punctus ⁊ inſtans. Accipiendo aūt generationē ⁊ corruptionē cōiter ꝯcedit̄ inſtans generari ⁊ corrūpi. Vn̄ inſtās (ſicut ⁊ quodlibet qḋ raptim tranſit) ſimul generat̄ ⁊ corrūpit̄. ſimul incipit eſſe ⁊ deſinit eſſe: ⁊ corrūpit̄ in ſeipō: ⁊ qn̄ eſt. Nec ex hoc ſeq̄t̄ ꝙ ſil eēt ⁊ nō eſſet. nā in his que ſubito ſūt (vt pulchre declarat Sco. xij. q. ij.) hec vba incipit ⁊ gn̄at̄ dn̄t exponi p poſitionē pn̄tis ⁊ negatiōe3 preteriti: deſinit vero ⁊ corrūpit̄ in tpis exponūt̄ p poſitiones pn̄tis ⁊ negationes futuri. Vn̄ hec ꝓpō inſtans incipit eſſe vl̄ generat̄ ſic exponit̄. Inſtans eſt ⁊ nunq̄

De gn̄atiōe ⁊ corruptiōe inſtantis.

prius fuit ⁊ iſta inſtans deſinit eſſe vel corrūpit͛: exponit͛ ſic: inſtans eſt ⁊ po
ſtea nō erit. ⁊ ex hac expoſitōe patꝫ ꝙ nō ponit͛ idē ſit eē ⁊ nō eſſe. Scđa ꝓpō
ſcꝫ ꝙ nūc ſit ſbā tpis. eſt ꝯtraria quīte ꝓprietati tpꝰ nūc. ideo ſimpliciter
neganda ſicut enī pūctus nō eſt ſbā linee. nec mutatū eſſe eſt ſbā motꝰ. ſic
neqꝫ nūc eſt ſbā tpis. ſemꝑ enī terminus eſt extra eſſentiā ꝯtinui cuius eſt
terminus. Tercia ꝓpō patet ꝙ ſit falſa ex falſitate ꝓcedentis: ymo addit a
liquid ꝯtrariū poſitioni Ariſto. vꝫ ꝙ nūc flueret. Nā nunc eſt indiuiſibile.
Declarō nūc fluxus aūt eſt motus: indiuiſibile aūt nō poteſt ꝑ ſe moueri ſcđꝫ intentionē
phi in vj. phiſ. vt ſupra declaratū eſt. Itē ſi nūc flueret ⁊ fluxu ſuo cauſaret
tpus: vt quidā imaginant͛ oportet fluxū illū cū ſit motus menſurari tpe. quare
ſequitur ꝙ aut idem menſurabit ſeipm. ſi ille fluxus ſit tpus: aut dabit͛ tps
anteqꝫ cauſet͛ ꝑ illum fluxū quoꝝ vtrūqꝫ eſt falſuꝫ. Quarta ꝓpō. accipitur
ex Ariſto. viij. phi. ⁊ pōt habere vnū ſenſuꝫ veꝝ aliū falſuꝫ. ſenſus falſus ē iſte
nihil ē accipe de tpe qđ nobis coexiſtat niſi nunc Nā aliqua ꝑs tpis: ymo in
finite nobis coexiſtunt. ſed in quodā fieri ⁊ ſucceſſiōe. tūc enī tps exiſtit qñ
fit. Ratio aūt huius ꝙ nō ſolū nūc ſed etiā tpus nobis coexiſtit eſt. qa vt ꝑ
us dictū eſt inſtantia in tpe nō ſunt ſibi immediata. ſed poſt inſtans ſucce
dit tpus. ⁊ iteꝝ tempori ſuccedit inſtās. ſic ꝙ inter quelibet duo nūc cadit
tpus mediū. ⁊ inter quelibet duo tpa cadit nunc. Alius ſenſus ꝓpōis ē iſte
nihil eſt accipe de tpe qđ totū ſit ſimul niſi nūc, ⁊ ſic eſt vera ꝓpō. Nā quod
cūqꝫ tpus accipiat͛ vna pars eius eſt preterita ⁊ alia futura: vt đr in textu.
De quinta ꝓpōe patet iam quid ſit dicendū. Omē enī nūc eſt ꝯtinuatiuū
vel terminatiuū tpis: nullū aūt nūc eſt fluens. vt patet ex his que dicta ſunt
circa terciā ꝓpōem. niſi forte imaginatū. Sicut enī imaginamur ex fluxu
pūcti cauſari lineā. ita imaginamur nūc fluere ⁊ fluxu ſuo cauſare tps: neu
ter tñ iſte fluxus poteſt eſſe realis: vt patet ex dictis ſed ſolum imaginatus
Et ideo ꝓ eodem accipit͛ inſtans ⁊ nunc. Interpretatio aūt qua dicit͛ inſtās
quaſi nō ſtās: nō arguit fluxū inſtātis: ſꝫ eiꝰ nō ꝑmanentiā. nā inſtās ſubito trāſit

Quōd nihil accipit͛ de tpe niſi nunc.

Nota aliqđ đr eſſe ī tpe quatuor mōis: primo ſicut
in ſubiecto: ⁊ iſto mō paſſiōes tpis ſunt ī tpe: ſicut
longū: breue: multū: paucum: ſcđo ſicut id qđ eſt de
ſubſtātia tpis: ⁊ ſic nūc ē in tpe: tercio mō ſicut ter
minans in ſuo terminato: ⁊ ſic nūc ſignatū ē in tpe
quarto ſicut in numero: ⁊ hoc dupliciter: vno mo

do abſolute: alio mō ſcđꝫ ꝯpatione. Abſolute ad-
huc duobus mōis ſcꝫ ꝑ prius ⁊ poſterius: ꝑ prius ē
in trempore ſicut motus: ⁊ mobile inquantum eſt i
motu: ꝑ poſterius ſicut quies ⁊ quieſcēs. Per prius
ad huc duobus mōis vel q̄a menſurat̄ toto tpe ſi-
cut motus celi: vel pte tpis vt motus pticularis: ꝑ
ꝯpatione aliqd d̄r eſſe in tpe. vt deus ⁊ intelligētie
put ꝯpāt̄ ad res tpales.

¶ Cōparat tpus ad ea que ſunt i tem-
pore ⁊ que menſurāt̄ tpe. Enumerans
varios modos quibus aliqua ſunt in tpe: qui modi patēt in textu. Sed ad
maiorē eorūdē cognitionē declarabo tres modos eſſēdi in tpe. poſitos ab
Ariſto. iiij. phiſi. ſub quibus om̄es iſti poſiti ab autore ꝯtinent̄. Tripliciter
itaqꝫ aliqua pn̄t eſſe in tpe. Primo coexiſtenter quia ſunt qn̄ tpus ē. vt oia
eterna ⁊ iſte hic in fine textus vocat̄ ꝑ ꝯpatione. Scđo quia eſt aliquid tpis
puta paſſio: aut pars aut terminus. Et in hoc claudunt̄ tres primi modi po
ſiti in textu. Sed in ſcđo mō autor exemplificat ſcđꝫ opinionē eoꝝ qui di-
cūt nūc eſſe ſbꝫ tpis. qđ oſtenſum eſt ſupra eſſe falſum. ⁊ ideo potiꝰ ibi ex-
emplificandū eſt cū Ariſto. de ptibus tpis. vt ſunt prius ⁊ poſterius. Ter-
cio mō aliquid eſt in tpe ſicut in numero ſeu in menſura quia ſcꝫ menſurat̄
tpe. ⁊ iſte modus eſt ꝓprius: nā ꝓprie eſſe in tpe eſt mēſurari tpe. hoc mo
do motus: quies ⁊ om̄ia mobilia ⁊ quieſcibilia ſunt in tpe. licet differenter
Nā motus eſt in tpe ꝑ prius ſeu poſitiue. ⁊ ſilr mobilia vt ſunt in motu (qđ
ideo addit̄: nā id qđ eſt mobile ſcđꝫ ſuū eſſe abſolutū mēſurat̄ euo vt ſupra
dictū eſt) quies aūt ⁊ quieſcibilia vt quieſcibilia menſurāt̄ tpe ꝑ poſterius
ſeu ꝑuatiue. plura de hoc dixi ſupra circa p̄mā diffinitionē tpis. Addit etiā
autor ꝙ motus celi aliter tpe menſurat̄ quā motus hoꝝ inferioꝝ. q̄a motꝰ
celi toto tpe menſurat̄. Nā tpus eſt coeternū motui celi. ita ꝙ motus celi
⁊ tpus ſil̄ inceperūt ⁊ ſil̄ deſinēt ſcđꝫ veritatē fidei catholice: vel vtrunqꝫ eſt
ſempiternū vt nitit̄ ꝓbare Ariſto. viij. phiſi. ſ; nō ꝓbat ſcđꝫ rei veritatē. Nā
in om̄ibus ſuis rōībus ſupponit aliquā ꝓpōeꝫ falſaꝫ. vt patet intuēti eius rō
nes: ⁊ ſolutiōes eaꝝ quas ibi expoſitores pleriqꝫ ſolēt afferre. Motus autē
pticulares ſeu hoꝝ inferioꝝ menſurāt̄ nō toto tpe ſed pte tpis. vt hora die
⁊ cijs. Alia differētia menſurationis a tpe motus celi ⁊ alioꝝ poſita eſt ſupra

Eſſe in tempore exn̄tis.

Eſſe in tēpore ꝓprie.

circa ſcdaʒ diffinitionē tpis. Ultimo ꝯſiderandū eſt ꝙ ſcdꝫ Ariſto. due conditiões requirūt ad hoc vt aliquid ſit ꝓprie in tpe. Prima ꝙ ꝯtineat a tpe ſicut menſuratū a menſura. ⁊ ideo eterna ꝓprie nō ſunt in tpe. Scda ꝙ patiatur aliquid ſub tpe: ꝯſueuimus eñ dicere ꝙ in tpe om̄ia ſeneſcūt ⁊ tabeſcunt vt dicet̄ circa vltimū textū huius tractatus. Et ideo entia que nō pñt aliter ſe habere ſeu neceſſaria. ſilr ea q̄ nō pñt eſſe vt īpoſſibilia nō ſūt ī tpe

Drñtie tpoꝝ ſunt tres: pñs: preteritū: ⁊ futurū: preteritū tpus eſt qđ nūc nō eſt: ſed prius fuit. Pñs eſt qđ eſt finis p̄teriti ⁊ iniciū futuri ꝯtinuati ad iſtās Futurū tpus eſt qđ nō eſt ſed erit.

¶ Ponit tres differentias tpis ⁊ eaꝝ diffinitiões que clare patent ex textu. Sed hic eſt ꝯſiderandū ꝙ licet cōiter dicat̄ preſens nō eſſe tempus ꝓprie ſicut preteritū ⁊ futurū: ſed ſolum inſtans indiuiſibile copulans preteritū cū futuro: vt etiā hic dicit̄ in textu quia dr̄ in viij. phiſicoꝝ. ꝙ nihil habemus de tpe niſi nūc. Aliqui tamē ꝓbabiliter tenēt ꝙ preter tpus preteritū ⁊ futurū. ponendū eſt tpus preſens a preſenti nūc vtrinqꝫ nō multū diſtans quod habet ptes in eſſe ſucceſſiuo: qđ ꝓbāt tripliciter pmo quia alias preſens nō eſſet differentia temporis ſi nullū eſſet tpus p̄ſens. Scdo quia ſi nullū tpus poſſet eſſe preſens: nullū etiā poſſet eſſe p̄teritū vel futurū. quia preteritū eſt quod nūc nō eſt preſens. ſed prius fuit: ſimiliter futurū eſt quod nūc nō eſt preſens ſed erit. Tercio quia nūq̄ʒ id qđ eſt futurū tranſit in preteritū niſi ſit prius preſens. ſi ergo nullū tpus poſſet eſſe preſens nullo mō tempus futurū poſſet tranſire in preteritum. Ad auctoritatem aūt phi rñdent ſicut ſupra dictū eſt ꝙ de tpe nihil habemus niſi nunc. verū eſt quod habeat eſſe totū ſimul: ſed preter hoc habemus nobis coexiſtens tempus in quadam ſucceſſione partium eius.

vtrū ſit aliqđ tpus pñs.

Item nota tempus eſt magis cauſa corruptionis quā generatiõis ꝓpter mutationē corporū naturaliū: quā mēſurat tempus: q̄a facit diſtare a p̄ncipio quod eñ antiquat̄ ⁊ ſeneſcit prope interitum eſt.

¶ Ponit ꝓprietates tpis q̄ ſolet numerari ſexta: ſi addat̄ ad illas quinqꝫ q̄

declarate ſunt ſupꝛa circā pꝛimā diffinitionē tꝑis: ⁊ eſt hec. Tꝑus eſt ma-
gis cauſa coꝛruptiōis q̄ȝ gn̄atiōis: quā ꝓbat Ariſto dupliciter pꝛ mo ſigno
tali: quia ꝓpter tꝑus fit oblitio ⁊ nō ſcientia: nec aliq̄d ꝓpter tꝑus factum
eſt nouū aut bonū. ſed oīa tꝑe tabeſcūt ⁊ coꝛrūpūtᷣ. Scd̄o rōe que ponitᷣ
in textu quia trāſmutatio (cuius tꝑus eſt menſura) facit coꝛpa naturalia di-
ſtare a pꝛincipio hoc eſt a naturali ſua diſpoſitione. oīe aūt tale antiquatᷣ
ſeneſcit ac tendit ad interitū ⁊ coꝛruptionē. Sed dices Tranſmutatio non
ſolū facit rem diſtare ab vna diſpoſitiōe ſeu foꝛma: ſed etiā facit eā accede-
re ad aliā diſpoſitionē ſeu foꝛmā ergo tꝑus ꝑ tranſmutationē cuius eſt mē-
ſura: nō magis eſt cauſa coꝛruptiōis q̄ȝ gn̄atiōis quoniā ꝑ tranſmutationē
nō fit coꝛruptio alicuius foꝛme in re. niſi ſit gn̄atio alterius. Rn̄deo ꝙ traſ-
mutatiōi ex ſe ꝯuenit vt faciat coꝛruptionē precedētis foꝛme ſeu diſpo-
ſitiōis. ſed ꝙ ꝑ eādē tranſmutationē ſit gn̄atio alterius foꝛme. hoc nō ꝯue-
nit tranſmutatiōi ꝑ ſe ſed rōe agentis qd̄ determinat il'ā tranſmutationeȝ
ad hanc foꝛmā quā intendit. Exemplū in trāſmutatiōe ſ̄bali aeris cui ꝯue-
nit ſcd̄ȝ ſe vt facit diſtare aerē a ſua foꝛma. ſed ſi eadē tranſmutatio in mate-
ria aeris coꝛrupti inducit foꝛmā ignis vel aque: hoc eſt virtute agētis intē-
dētis hāc foꝛmā ad quā etiā tranſmutatione determinat. Nō fit eīm gn̄atō
noue foꝛme ſine agente extrinſeco qd̄ habet virtuteȝ ꝓductiuā illius foꝛme
coꝛruptio aūt ꝯtingit etiā ſecluſo quocūq̄ȝ coꝛrūpēte extrinſeco: ⁊ talē coꝛ-
ruptionē maxīe dicimus fieri a tꝑe. vt ſi al' moꝛiatᷣ nō occiſuȝ ferro nec ali-
quā violentia ab extrinſeco illata. ſed ſolo ſenio. Ad cuiꝰ melioreȝ intelligē-
tiā notandū ſcd̄ȝ Sco. x x. diſ. ij. due ſunt cauſe in gn̄e coꝛruptiōis intrin-
ſeca ⁊ extrinſeca. in trinſeca eſt duplex. pꝛima qn̄ coꝛrūpitᷣ ab intrinſeco ꝓ-
pter actionē mutuā ꝯtrarioꝝ in ſe. vel ꝓpter actionē intenſaȝ vnius intriſe-
ci in aliud. ⁊ hoc mō accidit coꝛruptio naturalis in aīatis: nō ꝓpter actio-
nē elemēti in elemētū vel ꝓpter aliquā qualitatē elemētarē actiuā vel paſſi-
uā. q̄a nec elemēta nec coꝝ qualitates manēt in mixto. vt dicetᷣ in ſequenti
tractatu capitulo de mixtiōe. ſ̄ ꝓpter actionē vnius ꝑtis oꝛganici in aliam
ꝑtē: coꝛrūpēdo ipſam vt coꝛpꝰ fiat indiſpoſitū ⁊ inabile ad aīationē. Jſta aūt
ponitᷣ actio caloꝛis naturalis in humidū radicale coꝛrūpētis ⁊ ꝯſumentis
hūidū. ad cuius coꝛruptionē vel ꝯſumptionē ſeq̄ᷣ coꝛruptio ipſius caloꝛis
naturalis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s aīalis. vt patet de igne ⁊ oleo in lāpade. ⁊ de hoc plus di-
cetᷣ in tractatu ſequēti capitulo de augmētatiōe. Alia cauſa intrinſeca coꝛ-
ruptiōis eſt ſ̄btractio alimēti vel hmōi. vt patet. Cā etiā extrinſeca coꝛrup-
tiōis eſt duplex. pꝛima ꝓpter diſpoſitionē ꝯtrariā ꝯtinētis. ſcd̄a ꝓpter vio-
lentiā illatā ab aliquo extrinſeco ex pꝛima cauſa fit tripliciter coꝛruptio: ꝓ-
mo qn̄ ꝯtinēs directe coꝛrūpit ꝯtentū vt ignis coꝛpꝰ qd̄ continet. ſcd̄o qn̄
continens nō directe coꝛrūpit. ſed ꝓhibet illud quod eſt neceſſariū vt aqua
coꝛrumpit animal quia pꝛohibet reſpirationem. Et iſta ſunt cito coꝛrum-
pentia. tercio quando ꝯtinens nō cito coꝛrumpit: vt aer in tēperate regiōis

Quare tꝑus eſt magis cā coꝛruptionis q̄ȝ gn̄ationis

Cauſe coꝛruptiōis intrinſece.

Extrinſeca cauſe coꝛruptionis

Quō materia ꝛ priuatiō ſūt cauſe corruptiones.

Triplicit̄ aliqd dicitur cā gñatiōis vel corruptiōis.

Materia aūt qua res pōt eſſe ꝛ nō eſſe vij. metaph. ꝛ ꝑuatio que ſemꝑ machinat̄ in maleficiū forme (j. phiſi) ſunt cauſe corruptibilitatis in pōnīs remota ꝑpter quā cauſam theologi ponētes. in celo materiā eiuſdē rationis cū materia hoꝝ inferioꝝ: dicūt celū vt ſic eſſe corruptibile in pōna remota ſicut dictū eſt in capitulo de priuatiōe. Ultimo notandū ꝙ aliquid pōt eſſe cauſa corruptiōis vel gñationis tripliciter: primo mō illud qd̄ tranſmutat paſſum: vt ignis qui naturaliter corrūpit ipaſſo approximato formā ꝯtrariam ſibi: ꝛ gñat ſimilē. alio mō quia applicat tranſmutās: ſicut hō dr̄ ꝯburere domū qui applicat ignē domui. hoc etiā mō. Motus ſolis in zodiaco eſt cauſa gñatiōis ꝛ corruptiōis in iſtis inferioribus. ſcd̄z phm̄ ij. de gñatiōe. quia adducit ꝛ reducit gñans ſcʒ ipm̄ ſolē. tercio mō aliquid dr̄ eſſe cauſa corruptiōis q̄a eſt illud in quo ꝯtinuat̄ applicatio ꝯtrarij ꝛ ipſa tranſmutatio a ꝯtrario. ꝛ ſic ignis eſt cauſa corruptiōis. vt iam prius declaratum eſt.

## ¶ Scd̄us Tractatus Paruuli phie libris de gñatiōe ꝛ corruptiōe Ariſtotelis corrn̄dēs.

Lementū dr̄ multis modis: vno mō quod eſt principiū artis ꝯplexū: vt om̄e totū eſt maius ſua pte: ſcd̄o dr̄ elemētū qd̄ eſt principiū cuiuſlibet in qualibet ſpē: ꝛ ſic littere dicūt̄ principia vocis: tercio dicit̄ elemētū pricipiū cuiuſlibet corporis mixti: ꝛ ſic diffinit̄ elementū eſt ex quo ꝯponitur res primo: ꝛ eſt in eadē: ꝛ nō diuidit̄ ſcd̄z ſpēm: in aliā ſpēz: vt in mixtione aque cuius quelibet ꝑs eſt aqua: ꝛ ſic de aliis elementis.

Tranſmutatiōes ad formam.

Diuiſio.

¶ Iſte ſcd̄s tractat⁹ Paruuli phie naturalis habʒ iſdē ſbctm̄ cū libris de gñatiōe ꝛ corruptiōe Ariſto. qbus corrn̄det. vcʒ corpus naturale vt eſt tranſmutabile ad formā. Tranſmutationes aūt ad formā dicūt̄: ꝑ quas deꝑdit̄ vel acquirit̄ aliqua forma abſoluta. vt ſunt om̄es alie ꝑter motū localē ꝑ quē ſolū acquirit̄ in mobili reſpectus ad locū qui dr̄ vbi. Habet aūt iſte tractatus duas ptes. quaꝝ prime eſt de elementis correſpōdens ſcd̄o libro de gñatiōe. ſcd̄a de om̄i tranſmutatiōe naturali correſpondēs primo libro. prima ꝑs diuidit̄ in tres ꝑticulas. In prima ponit

tres acceptiōes elementi. Jn ſcđa numerū ⁊ diſtinctionē elementoꝝ. i tercia determinat de qualitatibus p̄mis q̄bus diſtinguūt̄ elemēta. Jn prima itaqꝫ pticula (que accepta eſt ex v. metaph.) p̄mo ponūt̄ tres acceptiōes elementi. Jn prima ꝯtinēt̄ ꝓpōes quaꝝ veritas p̄ſupponit̄ in ſciētia: quia vel ſunt p ſe note: vel ſola expentia cognite: aut ex ſciētia ſupiore accepte. ⁊ dicūt̄ principia ꝯplexa ſcientiaꝝ de quibus in ꝓlogo huius opuſculi facta ē mentio. Jn ſcđa acceptione ꝯtinētur prima p̄ncipia ſimpliciter materialia vniuſcuiuſqꝫ rei in ſua ſpē. vt materia prima in ſb̄a: littere in voce. ⁊ c̄ij s. Jn tercia ꝯtinēt̄ corpa ſimplicia ex quibus imediate fit mixtum. vt terra aqua aer ⁊ ignis. Deinde ponit̄ diffinitio elemēti in qua ponūt̄ tres ꝯditiōes requiſite ad elemētū. prima ꝙ habeat rōez cauſe materialis ⁊ hoc dat̄ intelligi cū dr̄ in diffinitiōe: ex quo ꝯponit̄ res primo. p hoc aūt qđ addit̄ primo. vult Cōmē. oñdere hāc diffinitionē dari nō de elemēto tercio mō dicto. ſed de materia prima ex qua ſola res ſit primo. ⁊ eadē eſt ſentētia Sco. qđ etiā ꝯfirmāt alie ꝯditiōes. Nā p ſcđaꝫ oñdit̄ ꝙ elementū maneat in re cuius ē ⁊ p terciā ꝙ habeat ſpēꝫ indiuiſibilē in alias ſpēs: vtraqꝫ hec ꝯditio vere cōuenit materie prime que manet in re: ⁊ nullo mō pōt diuidi in alias ſpecies cū ſit p̄ncipiū ſimpliciter p̄mū corpibus aūt ſimplicibus neqꝫ ſcđa ꝓprie cōuenit ꝯditio. nā ip̄a nō manēt in mixto formaliter ſed ſolū virtualiter vt patebit in fine huius tractatus: neqꝫ tercia. Nā licet illa corpa dicāt̄ ſimplicia vt ſimplicitas opponit̄ mixtioni: nō ſunt em̄ mixta: nō ſunt tn̄ ſimplicia vt ſimplicitas opponit̄ ꝯpoſitiōi: ſunt em̄ vere cōpoſita ex materia ⁊ forma. ideo diuidi pn̄t in diuerſas ſpēs hoc eſt in materiā ⁊ formā. que cū ſint diuerſaꝝ rationū. pn̄t dici diuerſe ſpēs. quo mō etiā Ariſto. in j. phiſi. dt materiā ⁊ priuationē differre ſpē. Cōcludo igit̄ hanc diffinitionē ſcđm eius verā expoſitionē dari de materia prima ⁊ ideo potius de elemento ſcđo mō quā tercio mō ſanctus aūt Thomas. quem imitatur noſter autor. tenet p̄dictā diffinitionē elemēti ꝯuenire corpibus ſimplicibus ⁊ nō materie prime qđ maxie oñdere nitit̄ ex vltima eius pticula in qua vult Ariſto. vt elementū habeat ſpēꝫ indiuiſibilē in alias ſpēs. Materia em̄ cū nō ſit directe in gn̄e: nō habet ſpēꝫ: Corpa vero ſimplicia hn̄t ſpēꝫ: ⁊ licet diuidi pn̄t i materiā ⁊ formā: quia tn̄ materia ⁊ forma nō ſunt ſpēs. ſed ptes ſpēi. ⁊ iđo nō diuidūt̄ in aliā ſpēꝫ. Nec etiā vt ip̄e vult alie ꝑ priores pticule diffinitiōis elementi repugnāt corpibus ſimplicibus. Ex ip̄is em̄ ꝯponit̄ mixtū p̄mo. nō q̄dē primo ſimpliciter ſed primo i gn̄e corpm. quia ip̄a ſunt corpa prima. nā nō ꝯponūt̄ ex alijs corpibus ſed ſolū ex materia ⁊ forma. que nequaquā ſunt corpa. Ad ſaluandā aūt ſcđaꝫ pticulā ſufficit ꝙ aliquo mō vt virtualiter maneāt in mixto. Scđꝫ hanc igit̄ opinionē dat̄ hec diffinitio de elemento tercio mō dicto. Et p primā eius pticulā excludūt̄ principia extrinſeca ⁊ forma. De quibus ꝓprie nō dr̄ vt ex ip̄is aliquid fiat. p ſcđaꝫ excludit̄ p̄ua

tio: ex qua licet res fiat vt ex immusico fit musicū: tñ priuatio nō manet in re facta: ſed abijcit̃ adueniēte forma ei oppoſita. ꝑ terciā ꝑticulā excludit̃ materia prima ſcd̄ꝫ intentionē ſancti Thome vt dictū eſt vel corpꝰ ſimplicia ſcd̄ꝫ aliā opinionē.

**Et ſunt quatuoꝛ: ignis: aer: aqua: terra: q̄ determināt̃ a quatuoꝛ qualitatibus p̄mis vt eſt caliditas: frigiditas: ſiccitas. ⁊ humiditas. Ignis em̄ eſt calidus ⁊ ſiccus: aer calidus ⁊ humidus: aqua frigida ⁊ humida: terra frigida ⁊ ſicca: quatuoꝛ predicte q̄litates ſex faciūt ꝯbinationes: quaꝝ quatuoꝛ ſunt poſſibiles: due vero impoſſibiles. Dicūt̃ aūt qualitates prime: quia nō fluūt ab alijs: ſed alie fluunt ab ipis.**

¶ In hac ſcd̄a ꝑticula determinat̃ numerus elemētoꝝ. ⁊ poñit̃ diſtinctio eoꝝ ab inuicē ꝑ ꝯbinatiōes primaꝝ qualitatū: vt clare patet in textu. Pro quoꝝ clarioꝛi cognitiōe. Notandū primo ꝙ ſcd̄ꝫ Ariſto. ij. de ḡnatiōe quatuoꝛ qualitates prime ſunt principia formalia cōſtitutiua ⁊ diſtinctiua elemētoꝝ: quod eius dictū accipiendū eſt ꝯſiderando elementa vt ſunt actiua ⁊ paſſiua adinuicē. quo mō phūs ea ꝯſiderat: nō aūt ꝯſiderādo elemēta metaphiſice: vt ſunt quedā ſb̄e ꝯpoſite ex materia ⁊ forma ſb̄ātiali abſtracte ab om̄i motu ⁊ tranſmutatiōe. quia vt ſic ꝯſtituūt̃ ⁊ diſtinguūt̃ ꝑ ſuas formas ſb̄ales a prioꝛi. Notandū ſcd̄o ſcd̄ꝫ Ariſto. vbi ſupra tria requirūt̃ ad principia formalia elemētoꝝ. p̄mū vt ſint dr̄ītie coꝛpoꝝ tangibiliū vt tāgibilia ſunt. hoc ē ꝙ ſint qualitates tactu ꝑceptibiles: ꝑ qd̄ excludūt̃ ſenſibilia alioꝝ ſenſuū. ſcd̄o ꝙ ſint actiue ⁊ paſſiue adinuicem ꝑ quod grauitas ⁊ leuitas excludūt̃: tercio vt in ſua ḡnatiōe nō reducant̃ ad aliquas prioꝛes qualitates: ⁊ ideo groſſum ⁊ ſb̄tile: durū ⁊ molle: vbricū ⁊ aridū: aſperū ⁊ lene: principia formalia elementoꝝ eſſe nō pñt: Om̄ia hec tria ꝯueniūt calido ⁊ frigido. ſicco ⁊ hūido: hec em̄ ſunt qualitates tangibiles actiue ⁊ paſſiue adinuicē: nec reducūt̃ ad alias: ⁊ ideo etiā dicūt̃ p̄me ꝑ quo notandū tercio qualitates ſunt duplices: prime ⁊ ſcd̄e. Prime que in ſui ḡnatiōe nō reducūt̃ ad alias prioꝛes: nec ad ſeinuicē ꝫ hoc eſt: ꝙ nō generent̃ ꝑ actiōes aliaꝝ qualitatū. vt ſunt quatuoꝛ predicte: que dicūt̃

Quoꝫ qualitates p̄me ſunt principia elementoꝛum.

Ratio p̄marū qualitatuꝫ

prime nō ſimpliciter: Nā lux lumē ꝛ alie qualitates corpm celeſtiū prio-
res ſunt illis ac ipas gñarāt: ſed in gñe qualitatū tāgibiliū: vel in ordine ad
qualitates corpm gñabiliū ꝛ corruptibiliū Nā lux hoꝝ inferioꝝ ꝛ alie qua
litates eoꝝ poſteriores ſunt illis quas diximus primas. Scdē qualitates
dicūt que gñanť ꝛ corrūpūť naturaliter actiōe vel paſſiōe primaꝝ qualita
tū adinuicē. vt colores. odores. ſapores. ꝛ oēs alie qualitates corpm ge
nerabiliū pter quatuor pmas. Notandū quarto: qdlibet elemētū determi-
nat ſibi duas qualitates primas: vnā in eſſe intenſo: ꝛ alterā in eſſe remiſſo
vt ignis eſt primo calidus ꝛ ſcdo ſiccus. Aer primo humidus: ꝛ ſcdo cali-
dus: Aqua primo frigida: ſcdo humida: terra primo ſicca ſcdo frigida. Et
ſi dicas ꝯtra: aqua magis humectat quā aer vt patet ad ſenſum: ergo aer
nō eſt primo humidus quia qd eſt primo tale eſt maxie tale Rñdeo dupli
citer. vno mō ꝙ illa primitas qua aer eſt pmo humidus: nō dr reſpectu ali
oꝝ elemētoꝝ ſed reſpectu alterius qualitatis que eidē ꝯuenit ſcdo. alio mō
ꝯcedēdo ꝙ illa primitas reſpiciat alia elemēta ꝛ ꝙ aer eſt magis humidus
quā aqua: ſed ꝙ aqua magis humectat: hoc eſt rōe maioris denſitatis ma
terie in aqua quā aere: rōe cuius fortificať eius actio. Ultimo notandū pre
dicte quatuor prime qualitates pñt ꝯbinari ſex mōis. ſed duo illoꝝ modo
rū ſunt incōpoſſibiles ꝓpter ꝯtrarietatē extremoꝝ. quatuor vero poſſibiles
ꝯſtituūt elemēta vt dictū eſt. que ꝯbinatiōes qualitatū primaꝝ vtiles ſunt
nō ſolū ad diſtinctionē elemētoꝝ ſed etiā partiū anni: ventoꝝ principalium
cōplexionū: etatū ꝛ alioꝝ pluriū. vt patet in hac figura.



# De natura primaꝝ qualitatū.

Calidū eſt ꝯgregatiuū homogeneoꝝ ⁊ diſgregatiuū ethꝛogeneoꝝ ꝯgregat eñ aurū cū auro: ⁊ diſgregat ferrū ab auro Frigidū ē ꝯgregatiuū homogeneorū ⁊ ethꝛogeneoꝝ: ꝯgregat eñ aurū cū auro ⁊ argētū cū auro: Humidū eſt qđ male eſt terminabile termino ꝓꝛio bene aūt termino alieno. Vñ patet ꝙ aer eſt humidioꝛ aqua: q2 magis fluxibilis eſt. Siccū eſt qđ bñ eſt terminabile termino ꝓꝛio: male aūt termino alieno.

¶ In tercia ꝑticula oñ[dit] natura primaꝝ qualitatū dupliciter. primo ꝑ diffinitiões eaꝝ. ſcđo ꝑ ꝓprietates. Diffinitiões clare patēt in textu. ⁊ danť ꝑ naturales ꝓprietates ipſaꝝ qualitatū. Pro quaꝝ maioꝛi intelligentia Cõſiderādū eſt primo ꝙ q2 calidū ⁊ frigidū vt ex ſequēti textu patebit ſunt qualitates actiue. humidū vero ⁊ ſiccū paſſiue. ideo calidū ⁊ frigidū ꝯueniēter diffiniūť ꝑ ꝯgregare et diſgregare q̄ importāt actionē. humidū vero ⁊ ſiccū ꝑ terminari. qđ impoꝛtat paſſionē. Cõſiderandū ſcđo. ꝙ licet cuiuſlibet agentis naturalis ſit tantū vna opatio principalis que imediate ipſ3 ꝯſequiť. vt calidi calefacere. frigidi frigefacere. vñ dr̄ ix. metaph. ꝙ potẽe irrõnales hoc eſt naturales ſunt determinate ad vnū: ⁊ in ij. de gñatiõe. idē inquātū idē non eſt aptū facere niſi idē. Tñ vnius agentis naturalis pñt eſſe multe opatiões ſecūdarie. que ꝓcedūt ab ipo mediāte prima. vt calidū ꝑ ſuā calefactionē rarefacit: dilatat ſubtiliat: digerit: ꝯſūmit: ſegregat ethꝛogenea hoc eſt res diuerſaꝝ naturaꝝ. ⁊ ꝯgregat homogenea, hoc eſt ea que ſunt vnius nature vt calidum ignis ſegregat metalla diuerſaꝝ naturaꝝ ⁊ ꝯgregat ea que ſunt vnius nature. Cuius rõ eſt quia calidū ſepat purū ab impuro. ſbtile a groſſo: ⁊ groſſum tanq̄ꝫ grauius deſcendere facit. ſbtile aūt tanq̄ꝫ leui9 aſcendere: ⁊ quāto leuius fuerit ac ſubtilius: tanto altius eleuať: leuiſſimū aūt omib9 ſupfertur ſicut ⁊ grauiſſimū omib9 ſbſtat: hoc itaq3 mõ diſſilia ſepat: ſilia vero cõiūgit. Per oppoſitū aūt intelligendū eſt de frigido. Nā frigidū frigefaciēdo ꝯtrahit ꝯſtringit ingroſſat: ⁊ omia que põt ꝯtrahere: ſiue ſint eiuſdē nature ſiue diuerſaꝝ: ꝯgregat: ac ꝯtraria opatiõib9 calidi facit: ꝯtrariaꝝ eñ cauſaꝝ ꝯtrarij ſunt effectus: vñ quēadmodū calidū mouet a centro: ita fri-

Calide opationes.

Frigidi opationes.

gidū ad centrū: calidū em̄ cauſat leuitatē: frigidū vero grauitatē qđ etiam manifeſtū eſt ī naturali locatiōe elemētoꝝ. Elemēta em̄ calida ſbtilia ſunt ⁊ leuia ac ſurſum locata. frigida vero groſſa ⁊ grauia ac deorſum poſita. ⁊ oīa ꝑdicta intelligenda ſunt de opatiōibus calidi ⁊ frigidi que eis per ſe ſeu ꝑ naturā ꝓpriā ꝯueniūt. Nā quīqꝫ frigidū ꝑ accn̄s calefacit: ⁊ calidum frigefacit: vt patet de ventribus aīaliū: ſilr de fontibus: ⁊ oībus locis ſbterraneis. hec em̄ oīa in hyeme ſunt calidiora. ꝓpter frigus circumſtans qđ poros corꝑis in ſupficie claudit ꝯſtringendo. ⁊ calidū ab exterioribꝰ ad intra ꝯpellit ac fortificat ꝑ Antiparistaſim: hoc eſt ꝑ iuxta poſitionē ꝯtrarij oīs nāqꝫ virtus vnita fortior eſt ſeipa diſꝑſa. ⁊ ſemꝑ ꝯtrariū iuxta ſuū cōtrariū poſitū fortificat ſe ad reſiſtendū illi. In eſtate vero ꝓpter calorē circūſtātē pori corꝑoꝝ apperiūt ꝑ dilatationē: ⁊ calidū intrinſecū relinquens interiora diſꝑgitur ꝑ ꝑtes exteriores: ⁊ calori extrinſeco quodāmō cōgaudens. exaltat: ac ita interiora fiūt frigidiora. Cōſiderandū tercio: ꝙ humiditatē ꝯſequiꝛ mollicies ⁊ fluxibilitas: ⁊ ꝓpter mollicie facile cedit tangēti: ⁊ facile figuraꝛ a quolibet extrinſeco. ꝓpter fluxibilitatē vero non pōt ex ſua natura ꝑtes ſuas ꝯtinere ne diffluant abinuicē. Ideo ſequiꝛ ꝙ humidū male eſt terminabile termino ꝓprio ꝓpter fluxibilitatē: ſed bn̄ termino alieno. i. ꝯtinētis extrinſeci. Et ex hoc inferꝛ corrolarie in textu ꝙ aer eſt humidior aqua quia eſt fluxibilior. Oppoſitū aūt eſt de ſicco: nā ſiccitatē ꝯſequiꝛ quedā duricies. ⁊ ideo ſiccū bn̄ terminaꝛ termino ꝓprio ſed male alieno. Ex quibus duabus diffinitiōibus ſequiꝛ. ꝙ humidū facile recipit oēꝫ impꝛeſſionē extrinſecā: ſed eā nō bn̄ retinet: vt patet de aqua. Siccū aūt nō facile recipit ipꝛeſſionē extrinſecā: ſed eā bn̄ retinet: vt patet de lapide ⁊ alijs duris. Cōſiderandū vltimo ꝙ licꝫ terminari ꝑ ſe ſolū ꝯueniat quātitati que ex natura ſua habꝫ extēſionē tn̄ ꝑ accn̄s etiā ꝯuenit ſbātijs ⁊ qualitatibꝰ: inquātū ſunt quāta: ⁊ ad hoc innuendū. diffiniūꝛ hic humidū ⁊ ſiccū in ꝯcreto et nō abſtracto. ⁊ loquiꝛ hic de termino extrinſeco. Nā qđlibet ens finitū ꝑter terminationē extrinſecā que fit per quātitatē: habet aliā terminationē intrinſecā: que eſt a forma rei intrinſeca: vel a ꝓpria entitate. vn̄ ſi a ſbā quāta ꝑ potentiā diuinā ſepareꝛ quātitas illa ſbā licet nō eſſet terminata extrinſece ꝑ quātitatē: tn̄ terminareꝛ intrinſece ꝑ ſua formā vel entitatē quia eſſet finita

Quare ventres aīalium ⁊ loca ſubterranea in hyeme ſunt calidiora quā in eſtate.

Quodlibet ens finitū pꝰter terminationē extrīſecā habet aliā intrinſecam.

Nota humiditas ē cā groſſiciei. qa īducit groſſiciē humoꝝ: ſiccitas eſt cauſa ſubtilitatis: quia exicat groſſiciē humoꝝ: ⁊ due qualitates ſunt magis actiue ſcꝫ calidū ⁊ frigidum: ⁊ due magis paſſiue ſcꝫ hu

**midū ⁊ ſiccū: Generant̄ aūt elemēta ex ſe inuicē ga**

**ex vno pugillo terre fiūt decē ipſius aque:**

In groſſatio dupliciter cauſatur

Subtiliatio fit dupliciter

Quattuor humores aial'.

¶ Declarat̄ natura primaꝝ qualitatum ꝑ tria notabilia. In quoꝝ primo oſtendit humiditatē eſſe cauſam groſſiciei: ⁊ ſiccitatē ſubtilitatis. Ad cuius declarationē Sciendū primo. Ingroſſatio pōt cauſari dupliciter. vno mō ꝑ repletionē: ⁊ huius cauſa eſt humiditas: humidū em̄ ꝑpter ſui flexibilitatē eſt bn̄ repletiuū vt dr̄ ij. de gn̄atiōe. alio mō ingroſſatio fit ꝑ ꝯſtrictionē ptiū corꝑis: ⁊ hm̄ōi in groſſatiōis cauſa eſt frigiditas. nā frigidi eſt ꝯſtringere vt circa textū ꝑcedentē dictū eſt. ⁊ ꝑpter hāc cauſam aqua groſſior ē aere. Nā humiditas aque naturaliter eſt frigida ⁊ cito ꝯgelabilis. humiditas vero aeris eſt calida ſicut olei ⁊ alioꝝ pinguiū. oīe em̄ pingue habꝫ humiditātē aereā: que eſt vnctuoſa ⁊ nō de facili ꝯgelabis: ꝑpter quā diuerſitatē humiditas aerea nutrit ignē. aquea vero extinguit. Siſr ſubtiliatio poteſt eſſe dupliciter vno mō ꝑ exiccationē: ⁊ huius cauſa eſt ſiccitas. alio mō ꝑ rarefactionē ⁊ dilatationē ptiū corꝑis. ⁊ hec cauſat̄ a calido. cuius ē dilatare: ⁊ licet calido ꝯuenit etiā exicare: hoc tn̄ nō eſt ꝑ ſe: q̄a nō oīe calidū exicat. vt patet de calido aeris: ſed ſolū ꝑ accn̄s inquātū ſcꝫ ꝯiūgit̄ ſiccitati vt patet de igne. Siſr licet ſicco ꝯuenit ꝑ ſe ſubtiliare primo mō ꝑ accn̄s tn̄: hoc eſt rōe frigiditatis ꝯiūcte ingroſſat ꝯſtringendo ptes. vt patet ꝺ terra que eſt groſſior ceteris elemētis. Sciendū ſcdo. Pro declaratione exeploꝝ que ponūt̄ in textu de humoribus: humores in aial' ſunt quattuor: primus eſt ſanguis: cuius receptacula ſunt vene. Scd'us flegma. cuius nō eſt ſpeciale receptaculū in corꝑe ſed ſiſr cū ſanguine currit ꝑ venas vt ipe neceſſitatis tranſmutet̄ in ſanguinē. Nā flegma eſt ſanguis indigeſtus. Tercius humor eſt colera que eſt duplex quedā citrina cuius receptaculū ē cyſtis fellis, quedā rubea ⁊ naturalis ⁊ hec ſiſr cū ſanguine eſt in venis. Ultimus humor eſt melancolia que ē quaſi fex alioꝝ: cognata ſenio ac morti. ⁊ ſolet a phiſicis dici nigra colera. que etiā eſt duplex. quedā fecalis cuius receptaculū eſt ſplen: quedā naturalis q̄ ſiſr cū ſanguine eſt in venis: hij autē quattuor humores gn̄ant̄ in epate: vbi fit ſcd'a digeſtio alimēti. vt in alio patebit tractatu. ⁊ diſtinctio humoꝝ ſcdꝫ primas qualitates: patet in figura ſupra poſita de ꝯbinatiōibus primaꝝ qualitatū. Uult itaqꝫ autor in textu. ꝙ humores ingroſſant̄ humiditate: que ingroſſatio intelligenda eſt ꝑ repletionē. Nā ſi intelligat̄ quātū ad inſpiſſationē. ſic nō eſt verū: niſi ꝑ accn̄s ratiōe frigiditatis annexe. frigiditas em̄ ſic in groſſat humores ac ipos turbidos facit: ſicut caliditas eoſdē ſubtiliat dilatando ⁊ claros facit. ⁊ ꝑ oppoſitū accipiendū eſt de ſiccitate que ſubtiliat humores ꝑ demacrationē ⁊ exſiccationē. Ulterius cū dr̄ (⁊ due qualitates ⁊c.) Ponit̄ ſcdꝫ notabile de actiuitate ⁊ paſſibilitate primaꝝ qualitatū. ⁊ notāter addit magis tā de acti

Quare calidū ꝛ frigidū ſunt qualitates magis actiue.

uis q̃ paſſiuis. om̄es enī ſunt actiue ꝛ paſſiue. Nā calidū agit ꝑ ſe in frigidū. ꝛ ecōtra: ſilr humidū in ſiccū: ꝛ ecōtra. ꝑpter ꝯtrarietatē: ſed calidum ꝛ frigidū ſunt magis actiue q̃ humidū ꝛ ſiccū. ꝛ minus paſſiue ipſis. ꝛ ideo etiā ſupra calidū ꝛ frigidū diffiniebanť ꝑ ꝯgregare ꝛ diſgregare. que dicūt actū. humidū vero ꝛ ſiccū ꝑ terminari: qd importat quoddā pati. Ultimo ibi gñanť aūt elemēta: ponitur terciū notabile. Pro cuius declaratiōe ſciendū ꝙ elemētū ſupius excedit naturaliter inferius ſibi ꝓximū ſcḋꝫ decuplā proportionē in raritate ſeu ſubtilitate. ꝛ ideo cū ex elemēto inferiori generatur ſupius: in decupla ꝓportiōe ſupioris quātitas fit maior q̃ inferioris ex quo genitū eſt: verū eſt itaqꝫ ꝙ ex vno pugillo terre ꝓpter materie rarefactionē ꝛ ſubtiliationē fiūt decē pugilli aque: vel centū aeris. ſi ex terra gñať aer. vl̕ mille pugilli ignis: ſi ignis gñeť ex terra. Ecōtra aūt ſi ex elemento ſupiori genereť inferius: erit diminutio quātitatis ſcḋꝫ decuplā ꝓportionē. nā vnꝰ pugillus terre generať ex decē pugillis aque: centū aeris. ꝛ mille ignis: nā terra decies denſior eſt q̃ꝫ aqua: ꝛ centies q̃ꝫ aer: milies vero quā ignis: de gñatiōe elementoꝝ plura dicentur circa textum ſequentem.

Generatio ē duplex ſcꝫ ſimpliciter: ꝛ ſcḋm qd. Gñatio ſimpliciter ē gñatio ſubſtantie: ꝛ diffinitur ſic. Gñatio eſt trāſmutatio huius totius in hoc totū: nullo ſenſibili remanēte vt ſubiecto: vel ſic. Gñatō eſt expoliatio materie a forma ſubſtātiali: ꝛ mutatio in aliā formā ſubſtātialem. Gñatio ſcḋm qd eſt q̃libet mutatio vl̕ alteratio. Cū aūt om̄is expoliatio fiat a cōtrario: oꝑtet gñationē ꝛ corruptionē fieri mediātibꝰ cōtrarietatibꝰ ꝑmaꝝ qualitatū: vñ patet. ꝙ elemēta q̄ in aliqua qualitate ꝯueniūt: facilius adiuicē trāſmutāť: q̄ iſta q̄ i nl̕la ꝯueniūt: vñ q̄cūqꝫ hñt ſimbolū velox ē eoꝝ trāſmutatio: ꝛ nota ꝙ gñatio vnius eſt corruptio alterius.

¶ Jſta eſt ſcđa ps huius tractatus correſpondens primo libro de ĝnatiõne. Jn quo phũs determinat de transmutatiõibus naturalibus. ⁊ habet q̃nq̃ prticulas. prima eſt de ĝnatiõe. ſcđa de alteratiõe. tercia de augmẽtatione: quarta de actiõe ⁊ paſſiõe: quinta de mixtiõe. Circa primũ duo facit: p̃mo diuidit ĝnationẽ: ⁊ mẽbra diuiſiõis diffinit. ſcđo infert tria corrolaria.

Duplex ĝnatio

Primo itaq̃ diuidit ĝnationẽ in ĝnationẽ ſimpliciter ſiue ſbalẽ: ⁊ in ĝnationẽ ſcđʒ quid ſiue accñtalẽ. Rõ huius diuiſiõis eſt. nã omĩs ĝnatio eſt proceſſus a nõ eſſe ad eſſe: vt dr̃ in poſtp̃dicamẽtis: aut igit illud ee ad qđ terminat̃ ĝnatio eſt ſbale. ⁊ ſic eſt ĝnatio ſimpliciter que eſt ad ſbaʒ. vt ĝnatio aĩaliũ plantaꝝ ⁊ cĩs. aut illud eſſe ad qđ terminat̃ ĝnatio eſt accñtale: ⁊ ſic eſt ĝnatio ſcđm quid: q̃ eſt ad accñs: vt ſanatio dealbatio ⁊ cĩs. Ad declaratiõnẽ huius diffinitiõis notandũ ſcđʒ Ariſto. ibidẽ ĝnatio ſimpliciter ⁊ ſcđʒ quid differũt dupliciter. primo ex pte ſbiecti: quia ſbiectũ ĝnatiõis ſimpliciter. Eſt ens in potẽa ſimpliciter. i. ens qđ ens qđ põt recipe formã ſbalem vt eſt materia prima que eſt ſubiectũ ĝnatiõis inaĩatoꝝ: vel ꝯpoſitũ ex materia ⁊ forma corporeitatis: ſicut fit in ĝnatiõe aĩatoꝝ: Subiectũ vero ĝnatiõis ſcđʒ quid eſt ens in actu ſpecifico: ⁊ p ſubiectũ ĝnatiõis intelligit illud quod manet ſub vtroq̃ termino eiuſdẽ. Scđa drĩa ſumit ex termino quia ĝnatio ſimpliciter terminat̃ ad formã ſbalẽ: que dat eẽ ſimpliciter generatio vero ſcđʒ quid terminat̃ ad formã accñtalẽ que dat eſſe ſcđʒ quid. puta eſſe ſanũ eſſe albũ. ⁊ cĩs.

Duplex differẽtia ĝnatiõis ſimpliciter ⁊ ſcđm quid.

Ubi notandũ q terminus ĝnatiõis eſt duplex

Duplex terminus ĝnatiõis.

nã ꝯpoſitũ ex materia ⁊ forma (ſcđʒ Ariſto. xij. metaph. ⁊ Sco. ibidẽ) ẽ terminus principalis ſeu totalis qui ĝnat̃ vt quod: ipa vero forma que vnitur materie p ĝnationẽ: ſolũ eſt terminus formalis ⁊ ĝnatur ſolũ vt quo. Poſtea autor ſubiungit duas diffinitiões ĝnatiõis ſimpliciter ſeu ſubſtantialis. Prima que eſt Ariſto. ſic exponit (ĝnatio) ſbalis (eſt mutatio huius totius) ſcʒ ꝯpoſiti ſbalis: qđ corrũpit̃ in ĝnatione in hoc totũ ſcʒ ſubſtantiale qđ ĝnat̃ nullo ſenſibili ſcʒ ſpecifico manẽte eodẽ vt ſubiecto ita qđ nõ maneat aliqđ ſenſibile ſeu totũ ſpecificũ tanq̃ʒ ſubiectũ: qđ ſcʒ ſit ꝯpoſitum ex materia ⁊ forma ſpecifica. Et in hac diffinitiõe nõ capit̃ totũ ſincathegorice vt tm̃ valet ſicut quelibet ps: ſed cathegorice vt idẽ eſt q ꝯpoſitũ: totũ ẽm̃ ꝯpoſitũ p̃prie ĝnat̃ ⁊ corrũpit̃ vt paulo añ dictũ eſt. Ex quo ſequit̃ q in tranſmutatiõe ſbali inaĩatoꝝ que hñt tantũ vnã formã ſbalẽ que abijcit̃ in corruptiõe. nihil illius corrupti manet in genito niſi materia prima: et ideo in ipoꝝ generatiõe ⁊ corruptiõe ſtatim fit reſolutio vſq̃ ad materiam primã. Rõ quia in ipis forma ſbalis ſpecifica imediate informat materiã primã ⁊ omĩa accñtia preſupponũt formã ſubſtancialẽ i materia. ideo abiecta illa forma ſubſtãtiali abijciũt̃ ⁊ omĩa accñtia. Sed qñ corrũpit̃ aliqđ viuẽs: i quo ſolo ſunt plures forme ſubſtãtiales: abiecta forma ſpecifica cũ omĩbꝫ accñtibus que ꝯſequũt̃ formã ſpecificã. nõ ſolũ manet materia p̃ma

Diffinitio generationis ſimpliciter

Quare i corruptiõe iaĩatorũ ſtati fit reſolutio vſq̃ ad materiaʒ primam.

ſed etiā forma p quā ꝯſtituit corpꝰ qḋ eſt altera pꝰ ꝯpoſiti cū omibus accidētibus que ꝓcedūt in corpe viuētis formā ſpecificā: vt mortuo hoīe vidẽmus ad ſenſuʒ idē corpꝰ in numero qḋ erat in viuo ⁊ eādē quātitatem ⁊c̄ij̄s. Ex quo patet ꝙ in corruptiōe viuētiū nō ſtatim fit reſolutio ad materiā pꝛimā: quia abiecta forma ſpecifica manet vt dictū eſt corpꝰ qḋ habet aliquā formā ſcʒ corporeitatis vel mixti: quo corpe poſtea corrupto tandē reſoluet materiā pꝛimā qua corruptiōe ꝯpleta ſtatim in illā materiā itroducit forma aliqua ſpecifica vt fiat nouū ꝯpoſitū. Nō aūt quare ſolū in rebus aīatis pꝛeter formā ſpecificā que eſt aīa opꝫtet ponere aliā formā pꝛiorē ſcḋʒ Sco. xj. diſ. iiij. q. iij. ē iſta: qa aīa eſt actus ſeu forma corpis ex ſcḋo de aīa iḋo in quolibet aīato neceſſe eſt ponere illā formā qua corpꝰ eſt corpus aliā ab aīa p quā eſt aīatū. Et nō loquor de illa qua eſt corpꝰ qḋ ē genus ſubalternū: Nā ī q̄libet indiuiduū ſua forma ſpecifica eſt hoc corpus qḋ eſt gn̄s. oīa eñ ꝑdicta q̇dditatiua ſumūt a forma ſpecifica indiuidui ſꝫ loquor de corpe qḋ eſt altera pꝰ ꝯpoſiti: qḋ nō eſt directe in gn̄e. ſed ſolum reductiue: ſicut ⁊ aīa. ⁊ ex hoc patet ꝙ nō opꝫtet ponere tot formas ſb̄ales i eodē indiuiduo quot ſunt ꝑdicata quidditatiua. de quo plus dicet in tractatu de aīa. Poſtea ponit ſcḋa diffinitio cuius eſt iſte ſenſus. Gn̄atio eſt trāſmutatio p quā materia abijcit pꝛiorē formā ſb̄alē: ⁊ recipit aliā: vt qn̄ gn̄at aer ex aqua: materia abiecta forma aque recipit formā aeris. vbi tria ſunt notāda. Pꝛimū: ꝙ in tali tranſmutatiōe materie de vna forma in aliā ſunt due mutatiōes oppoſite: quaꝝ pꝛior eſt abiectiua ſeu deꝑditiua forme precedentis. que eſt corruptio. poſterior vero qua acquirit forma noua. eſt generatio. Sed quia nō pōt introduci noua forma in materiā niſi precedens abijciat. Ideo autor indiſtincte dr̄ gn̄ationē eſſe tranſmutationē materie ḋ vna forma ſb̄ali in aliā. Scḋʒ In eodē inſtāti tp̄is materia abijcit pꝛiorem formā ⁊ recipit aliā ſed nō in eodē inſtanti nature. pꝛimū patet q̇a ſi in alio inſtāti tp̄is abijceret a materia pꝛior forma ⁊ in alio noua introduceret. cū nō ſint inſtātia immediata ſed inter quelibet duo inſtātia cadit tp̄us medium. vt ſupra declaratū eſt ex vj. phyſi. opꝫteret materiā p tp̄us mediū inter illa duo inſtātia ſtare ſine oīni forma: qḋ eſt impoſſibile naturaliter Nā materia nūq̄ꝫ eſt ſine morpheis ⁊ paſſiōibus hoc eſt ſine formis ſb̄alibus ⁊ accidentalibus ſcḋʒ Ariſto. j. de gn̄atiōe. Scḋa pꝰ huius notabilis patet q̇a materia naturaliter pꝛius eſt pꝛiuata quā informata: ⁊ ideo eſt aliud inſtās nature in quo abijcit pꝛiorē formā ⁊ aliud in quo recipit poſteriorē. Nec ē incōueniēs vt in eodē inſtanti tp̄is ſint plura inſtantia nature. Nā ſicut in eodē inſtanti nature pn̄t eſſe plura inſtātia originis: vt patet de perſonis diuinis: que licet ſint ſil̄ natura tn̄ ꝑducēs precedit ꝑductā origine Sic etiā in eodē inſtanti tp̄is pn̄t eſſe plura inſtantia nature in eodē eñ inſtanti tp̄is gn̄at hō ⁊ riſibilitas eius: ⁊ tn̄ hō naturaliter precedit riſibilitatē ſuā. vn̄ iſti

Quare in ſolis aīatis p̄ter formam ſpecificā ponitur alia forma ſb̄alis

In tranſmutatiōe naturali ſunt due mutationes

De inſtanti gn̄ationis ⁊ corruptiōis

Qr in inſtā ti tranſmuta tiōis ponitur primū eſſe cō gelād ⁊ primū non eſſe corrumpēdi

tres ordines vꝫ ordo tpis ſeu duratiōis: ordo nature: ⁊ ordo originis ſūt ſic diſtincti: ꝙ cū ordine originis pōt ſtare ſimultas oppoſita ordini nature: ⁊ tpis ſeu duratiōis: ſic etiā cū ordine nature pōt ſtare ſimultas oppoſita ordini tpis. quia ſeinuicē nō preexigūt nec coexigūt. de quo lege Scotū. j. diſ ij. q. j. ⁊ in iiij. q. q. Terciū. Illud inſtās tpis in quo forma corrūpēdi abijcitur ⁊ forma gñandi ponit. attribuit ſcdꝫ Ariſto viij. phiſi. forme gñande. ita ꝙ ꝑ illo inſtanti ponit eſſe geniti ⁊ nō eſſe corrupti vt ſi ex aqua fiat aer in illo inſtāti tranſmutatiōis aque in aerē: aer habet primū eſſe: ⁊ aqua primū nō eſſe. Sic ergo patet ꝙ corruptū nō habet vltimū inſtans ſui eſſe: licꝫ habeat primū inſtans ſui nō eſſe. Et ꝑ oppoſitū genitū habet primū inſtās ſui eſſe: licet nō habeat vltimū inſtās ſui nō eſſe. Nā in ptō tpe ꝓcedēte inſtans tranſmutatiōis corrūpendū habuit eſſe: ⁊ gñandū nō eſſe. in ipo vero inſtanti termināte illud tpus in quo deſinit eſſe corrūpendū ⁊ incipit eſſe gñandū. ponit primū eſſe geniti: ⁊ primū nō eſſe corrupti. Ex quo patet ꝙ hec ꝓpō. in hoc inſtāti aqua deſinit eſſe. ſic eſt exponēda. aqua nūc nō eſt ⁊ imediate añ erat: hec aūt. aer nūc incipit eſſe ſic exponit. aer nūc eſt ⁊ imediate añ nō erat. vide Sco. xij. q. q. Deinde deſcribit alterū membrū ſupradicte diuiſiōis ſcꝫ gñationē ſcdꝫ quid.

Deſcriptio gñatiōis ſecūdū quid.

Ad cuius declarationē ſufficiat hoc dictū. ꝙ gñatio ſcdꝫ quid dr mutationē acquiſitiuā in ſubiecto eſſe alicuius forme accñtalis: vt qñ ex nō albo fit albū: hoc enim eſt cōe omni gñationi: vt terminus a quo eius ſit nō eſſe ⁊ terminus ad quē eſſe. Ex quo patet ꝙ gñatio ſcdꝫ quid nō ꝯuertit cū alteratiōe. Nā gñatio ſcdꝫ quid non ſolū eſt ad qualitatē ſicut alteratio ſed ad qdcūqꝫ accñs. Necqꝫ vtrūqꝫ terminū habet poſitiuū. vt etiā declaratū eſt in primo tractatu capitulo de motu.

Drñtia inter gñationē ſecūdū qd ⁊ alterationem.

Deinde autor in textu infert tria corrolaria ex diffinitiōibus gñatiōis ſimpliciter. primū corrolariū. Gñatio ⁊ corruptio fiūt mediātibus ꝯtrarietatibus ꝓmarꝫ qualitatū. cuius rōeꝫ hanc innuit: qa in omni gñatione materia expoliat forma priori vt patet ex ſcda diffinitiōe. ſed materia ſeipam nō expoliat forma quia eā appetit vt dr ꝓmo phiſi. Nec forma ſeipam corrūpit in materia qa vnūqdqꝫ appetit ſe ꝯſeruare in eſſe. vt dr ij. de aia. ſcdo de gñatiōe: ⁊ alibi frequēter. ergo requirit aliqd corrūpēs. ⁊ hoc eſt ꝯtrarietas qualitatū primarꝫ ꝑ quas materia ꝯtinue tranſmutat: ⁊ que indiſponētes eā forme habite. diſponūt eā alteri forme. Scdꝫ corrolariū. Elemēta habētia ſimbolū ſeu ꝯueniētiā in aliqua qualitate facilius ⁊ velocius adinuicē tranſmutātur hoc corrolariū ſcdꝫ Ariſto: ꝓbat ſic quia facilius eſt tranſmutare vnum ꝙ̄ multa: ſed in elemētis habētibus ſimbolū nō oportet tranſmutare niſi vnum in quo ꝯtrariāt: in nō habentibus aūt ſimbolū oportet tranſmutare duo ergo ⁊c. Minor ꝓbat quia ex igne fit aer. tranſmutando ſiccitatē ignis in humiditatē aeris. Simil' ex aere fit aqua: tranſmutata caliditate naturali aeris in frigiditatē aque. ⁊ ſic de alijs elemētis ſimboliſantibus: vt ſunt illa que ſūt

Ubi ꝓxima. Si aūt ex igne fiat aqua optet tranſmutari caliditatē in frigidi
tatē ⁊ ſiccitatē in humiditatē ſilr eſt ꝯpando aerē ad terrā. Ubi notandū ꝙ
vnū elemētū facilius tranſmutari in aliud pōt intelligi dupliciter. vno mō
ex pte ꝯditiōis primaꝝ qualitatū: ⁊ ſic veꝝ eſt: ꝙ in hn̄tibus ſimbolū facili
oꝛ eſt tranſmutatio. quia inter ea minoꝛ eſt ꝯtrarietas: ⁊ ideo etiā minoꝛ ē
reſiſtentia. alio mō pōt hoc intelligi ex pte qualitatū ſcdaꝝ. que ſunt denſi-
tas: raritas. grauitas: leuitas. ⁊cijs. Et ſic elemēta magis ꝯueniētia in ra-
ritate facilius adinuicē tranſmutāt̃ Et idō ignis ⁊ terra licet habeāt ſimbo
lū. tn̄ difficillime adinuicē tranſmutāt̃: q̄a difficile eſt materiā ignis tantū
ꝯdenſare quātū eſt ꝯdenſata in terra ſilr difficile eſt materiā terre ita ſub-
tiliari vt eſt in igne. Ultimū coꝛrolariū eſt hoc. Gn̄atio vnius eſt coꝛruptio
alterius. Ubi notandū ꝙ ibi pōt eſſe duplex p̄dicatio: aut eīm ibi eſt p̄dicatō
foꝛmalis: ⁊ ſic coꝛrolariū nō eſſet verū: q̄a gn̄atio foꝛmaliter nō eſt coꝛrup
tio: aut pōt ibi eſſe p̄dicatio ꝯcomitatiua: vt ſit ſenſus. ad gn̄ationē vnius ſe
quit̃ coꝛruptio alterius: ⁊ ſic eſt verū. ſimiliter ⁊ ecōtra. coꝛruptio vnius eſt
gn̄atio alterius. ⁊ ſcḋꝫ Sco. diſ. ij. q. iij. hec ſcḋa magis eſt ꝓpria q̄ꝫ prima
quia nullū agēs naturale ꝑ ſe intendit coꝛrūpe aliq̄d: ſꝫ ꝑ accn̄s coꝛrumpit
quidquid eſt incōpoſſibile termino quē intendit: q̄a nō pōt ꝓducere foꝛmā
quā intendit: niſi in materia preexiſtēte: ⁊ illa materia cōiter eſt ſub foꝛma
incōpoſſibili ei quā intēdit. pōt aūt illa foꝛma prexiſtens eſſe incōpoſſibilis
aut ꝓpter ꝯtrarietatē aut quiā ꝯtinet̃ virtualiter a foꝛma introducenda. vt
patebit ex ſequēti tractatu. Ex quo patet ꝙ ſi in materia nō preexiſtat foꝛ-
ma incompoſſibilis foꝛme gn̄ande: gn̄atio illius foꝛme non erit coꝛruptio
alterius. illa etiā ꝓpō. Coꝛruptio vnius eſt gn̄atio alterius: intelligit̃ de coꝛ
ruptiōe vltimata ꝑ quā fit reſolutio vſqꝫ ad materiā primā. ꝑfectā eīm vlti-
mata coꝛruptiōe neceſſario gn̄at̃ aliud. quia materia naturaliter nō exiſtit
ſine foꝛma. Ex quo patet ꝙ in moꝛte hoīs quia ibi nō eſt coꝛruptio vltima
ta: quātū ſcꝫ ad oīe ꝯpoſitū qḋ erat aliq̄d hoīs. q̄a adhuc remanet aliqua
foꝛma ſbālis que fuit de eſſentia hoīs. ideo illā coꝛruptionē hoīs nō vltimā
tā: nō ſequit̃ gn̄atio alterius ſbē. donec ab illa materia abijciat̃. etiā foꝛma
coꝛpoꝛeitatis: ⁊ fiat reſolutio vſqꝫ ad materiā p̄mā. vt dictū eſt. Hoc itaqꝫ
intelligendo coꝛrolariū p̄dictū eſt vniuerſaliter verū ḋ gn̄atiōe ⁊ coꝛruptō
ne ſbāli: ſcḋꝫ intentionē Ariſto. qui ꝑ hanc ꝓpōeꝫ ſalnat ꝑpetuitatē gn̄atio
nis ⁊ coꝛruptiōis: licet quātitas materie ſit finita. Scḋꝫ autē veritatē fidei
chatolice aliter eſſe dicendū: vt patet de gn̄atiōe etiā ⁊ coꝛruptiōe accn̄tali
hoc coꝛrolariū nō eſt verū: niſi foꝛte de accn̄tibus coꝛpalibꝰ que educūt̃ de
potentia materie cū motu ꝓprie dicto.

*facultas trā ſmutationis fit dupliciter*

*Quō gn̄atō vnius eſt coꝛruptio alterius*

Alteratio eſt mutatio de vna qualitate ꝯtraria in
qualitatē ꝯtrariā: vl' mediā. Differūt aūt alteratō

a gñatiōe: quoniā alteratio eſt mutatio d̄ qualita
te accñtali in qualitatē accñtalē. Sed gñatio ē mu
tatio de vna forma ſubſtātiali in aliā formā ſubſtā
tialem. Item in alteratione manet idem ſubiectuꝫ
ſenſibile: in gñatiōe vero nō. Senſibile dico: ꝓpter
materiā primā: que quāuis maneat nō tñ ē ſenſibil'

¶ Scd̄a ꝑticula de alteratiōe. vbi autor duo facit. primo diffinit alteratio-
nē. ſcd̄o ſubdit duas differentias inter gñationē ⁊ alteratione: que oīa licꝫ
videntˀ eſſe manifeſta ex his que dicta ſunt circa textū precedētē. tñ breui-
ter aliqua repetendo: duo hic ſunt ꝯſideranda. Primū ꝓ declaratiōe diffi
nitiōis: ꝙ oīs tranſmutatio que eſt de qualitate in qualitatē manēte eo-
dē ſubiecto dr̄ alteratio: ſiue fiat inter qualitates ꝯtrarias: vt ex albo in ni-
grū. ſiue inter medias. vt ex rubeo in viride vel ecōtra: ſiue inter ꝯtrariā et
mediā: vt ex albo in rubeū vel ecōtra: ſiue inter remiſſam ⁊ eandē intenſaꝫ
vt ex minus albo in magis albū vel ecōtra. Nā inter oēs p̄dictas qualita
tes pōt eſſe alteratio. Sed dices ꝯtra. Alteratio ſcd̄ꝫ phm̄. v. phiſi. fit incon

Quō alteratio eſt inter ꝯtraria.

traria ergo nō fit inter media ⁊ cꝫ̄s. quia illa nō ſunt ꝯtraria. vt patet ex dif
finitiōe ꝯtrarioꝝ poſita inpoſtpredicamētis. Rñdeo licet ſola extrema di-
cūtˀ ꝯtraria ſimpliciter. tñ media etiā pñt dici ꝯtraria qd̄dāmō ⁊ reſpectiue
nā mediū ꝯꝑatū vni extremo habet rōeꝫ alterius extremi. vt dr̄ Ariſto. vbi
ſupra ⁊ eodē mō intelligendū eſt de remiſſo ⁊ intenſo in eadē ſpē. ⁊ loq̄mur
hic de qualitate accñtali vt eſt p̄dicamētū ab alijs diſtinctū. Scd̄ꝫ ꝓ decla

Subiectum ſenſibile.

ratiōe drñtiaꝝ ꝯſiderādū ꝙ p̄ma drñtia iter alteratiōnē ⁊ gñatiōnē ſimpli
citer. ſumitˀ exꝑte terminoꝝ. ſcd̄a exꝑte ſbiectoꝝ. ⁊ ꝑ ſbctm̄ ſenſibile intelli
gendū eſt ens in actu ſpecifico: tale em̄ eſt ſbctm̄ alteratiōis ⁊ oīs gñatō
nis ſcd̄ꝫ q̄d: vt ſufficiēter circa textū p̄cedētē declaratū eſt: Ubi etiaꝫ tetigi
duplicē drñtiā inter alteratiōnē ⁊ gñatiōnē ſcd̄ꝫ q̄d. ꝑ hoc q̄ alteratio ſolū
eſt ad qualitatē: ⁊ habet vtrūq̄ꝫ extremū poſitiuū ita ꝙ includit duas muta
tiōes ſicut ⁊ quilibet motus ꝓprie dictus. vnā deꝑditiuā termini a quo ⁊ a
liā acquiſitiuā termini ad quē. Gñatio vero ſcd̄ꝫ q̄d nō ſolū eſt ad qualitatē
ſed gñaliter pōt eſſe ad omnē formā accidentalē: ⁊ ſolum terminū ad quē
habet poſitiuum: terminū vero a quo habet priuatiuū: ita ꝙ tantū dicit mu
tatiōnē aquiſitiuā termini ad quem.

Augmētatio eſt mutatio de minori quātitate ī ma

iorē. Diminutio vero eſt motus de maiori quātita
te in minorē. Nota ꝙ augmētatio ꝓprie dicta ē tā
tū in rebus animatis: ⁊ nō ī ianimatis. Itē ad au
gmentationē ꝓprie dictam requiritur ꝙ quelibet
pars aucti ſit aucta Itē augmētū ⁊ augmētans de
bent eſſe quodāmō ſimilia. ⁊ quodammō diuerſa. ſi
milia quidē in materia ⁊ diuerſa in formis: quoniā
agētia ⁊ paciētia neceſſe eſt eſſe aliquomō ſimilia
⁊ aliquo mō diuerſa.

¶ Tercia ꝑticula de augmētatiōe ⁊ dimi
nutiōe. in qua autor duo facit: primo ponit
diffinitionē augmētatiōis ⁊ diminutiōis. ſcdo aſſignat tres ꝓprietates au
gmētatiōis ꝓprie dicte que eſt actus anime vbi primo ſciendū ꝙ augmē
tatio ⁊ diminutio capiūt dupliciter. vno mō gñaliter ꝓ quacūqꝫ maioratio
ne quātitatis. ſiue fiat ꝑ rarefactionē ⁊ extenſionē ꝑtiū. ſiue ꝑ intus ſuſcep
tionē alicuius extrinſeci: ſiue ꝑ iuxtapoſitionē. Et ꝑ oppoſitū diminutio ca
pit ꝓ omi minoratiōe. ⁊ hoc mō diffiniūt in textu. alio mō capiūt ꝓprie pro
naturali maioratiōe vel minoratiōe corpis aiati ſeu viuētis: ⁊ ſic ſunt actus
anime vegetatiue. vt patebit in tractatu de anima. Et in hac acceptione ſic
diffinit Augmētatio ꝓprie dicta. Eſt ꝯuerſio nutrimēti in ſbaꝫ aliti: plus ꝙ̄
ſit deꝑditū: facta ab aia ꝑ actionē caloris naturalis: vt viuēs attingat ſuā d
bitā quātitatē. In qua diffinitiōe tāgūt oēs quatuor cauſe augmētationis
Nā cū dr (ꝯuerſio) tāgit cauſa formalis ſeu gñs. Et ꝑ hoc cū dr (nutrimē
ti) tāgit cauſa materialis ex qua fit augmētatio. ⁊ cū dr (in ſbaꝫ aliti) tangit
ſbctm̄ cui ſoli ꝯuenit augmētatio ꝓpe dicta qd ſbctm̄ eſt ſba viuētis: ⁊ per
hoc qd addit (plus quā ſit deꝑditū) hoc ē ꝯſumptū a calore naturali: tāgit
drñtia augmētatiōis a nutritiōe ⁊ diminutiōe. Nā ad nutritionē ſufficit cō
uerſio alimēti in ſbaꝫ aliti: ſiue plus fit ꝑ talē ꝯuerſionē reſtitutū vt fit ī aug
mētatiōe: ſiue minꝰ: qd fit in diminutiōe ſiue tātūdeꝫ: vt fit in ſtatu medio in
ter augmentationē ⁊ diminutioneꝫ. vñ omē viuens ꝙ̄ diu viuit nutrit: vt dr
j: de gñatiōe: ſꝫ nō ꝑ totā vitā augetr nec ꝑ totā vitā diminuit. Deinde cū dr
facta ab anima tangitur cauſa efficiens principalis augmentationis. Et
cuꝫ ſbiungitur: mediante calore naturali: tangitur cauſa inſtrumentalis.

Augmentā tio ⁊ diminu tio capit du pliciter.

Ultimo cū dr (vt viuēs ⁊c. tangit finis augmētatiōis. ad hoc ēm augmetatio fit a natura vt viuens p eā attingat debitā ſibi a natura quātitatē: nam vt dicet in tractatu de aia ōim a natura ꝯſtantiū eſt certus terminus magnitudinis augmēti. Scdo ſciendum Sco. xl. diſ. q. j. Augmētationi ꝓprie dicte annectūt quatuor alie mutatiōes. prima eſt alteratio alimēti qd per multas digeſtiōes alterat anq̄ꝫ fiat ſimile alito. ⁊ ꝯuertat in ſbaz eius. ſcda corruptio qa alimētū nō ꝯuertit in ſbaz aliti niſi prius in ipo forma ꝓpria puta panis vel vini: ⁊ cuis. corrūpat: tercia gnatio extendendo gnationē ad oēm inductionē forme ſbalis in materiā: quia in augmētatiōe materia alimenti abiecta forma ꝓpria alimēti recipit formā ſbalem aliti puta carnis vel oſſis: nō tn̄ ibi eſt ꝓprie gnatio ſimpliciter qa non eſt gnatio alicuiꝰ per ſe ſubſiſtentis qd ſcꝫ nō eſſet pars alicuius. ſed potius eſt adgnatio vel igeneratio. quia eſt gnatio partis in toto p̄exiſtente cuius prius non fuit. Ubi ſcias. ꝙ ps aduenies p nutritionē eſt aliquo mō ſimilis pti p̄exiſtēti que in fuit p gnationē ⁊ aliquo mō diſſimilis: ſimilis in forma nō tm̄ ſpecifica ſed etiā corporeitatis que p̄ſupponit a forma ſpecifica. Diſſimilis in hoc quia nō eſt ita pura ſicut illa. ⁊ in virtute debilior. cuius ratio eſt quia quanto agens mere naturale magis ꝯtinuat actionē in ꝯtrariū tāto magis debilitatur eius virtꝰ ꝓpter hoc qa oīe tale agēs repatit in agēdo: ⁊ ita qa agit i cōtrariū; patit ab ipo quā actionē vocat phūs corruptiuā. ergo caro primo habita ex gnatiōe quāto magis agit in nutrimētū vt ꝯtrariū tanto magis debilitat virtus eius. ⁊ ex hoc dr impurior caro. ⁊ hoc patet p exm̄ phi primo de gnatiōe quāto vino magis egit in aquā mixtā ſibi: tanto eſt impurius in tm̄ vt tandē ꝓpter impuritatē quaſi totū fiat aqua: vn̄ patet: ꝙ nō tm̄ caro poſterior genita impurior fit p̄ore ſed eadē manēs in toto: poſteriorīꝰ ē impurior ſeipſa prius. ⁊ hec impuritas in carne eſt ꝓpter imꝑfectionē qualitatū naturaliū ꝯſequentiū formā ſbalez que ſunt p̄ncipiū alterādi alimētuz ⁊ nō ꝓpter hoc ꝙ forma carnis intendat vel remittat. Ex hoc etiā patet ꝙ quādiu virtus ꝯuerſiua nutrimēti in ſbaz aliti eſt ita fortis ꝙ plus alimēti pōt ꝯuertere in ſbaz aliti quā ſit deꝑditū. taz diu nō ſolū fit nutritio ſed etiā augmētū: qn̄ vero ꝓpter debilitationē nō pōt plus ꝯuertere quā ſit deꝑditū. tūc ceſſat augmētū ⁊ fit diminutio Et tāta finaliter fit dbilitatio vtutis vl omino deficiat: ⁊ tūc ſeqt mors: oia aūt p̄ dicta maxie eueniūt ꝓpt actionē caloris natural' ihūidū radicale corrūpēdo ⁊ ꝯſumēdo ipꝫ. ad cuiꝰ corruptionē ⁊ ꝯſūptionē ſeqt corruptio ⁊ ꝯſūptio etiā caloris naturalis q̄ i hūido radicali ſuſtentat. ⁊ p ꝯn̄s aialis: vt patet de igne ⁊ oleo in lampade Quarta mutatio que annectit augmentatiōi eſt loci mutatio: qa oportet alimētū trahi ad ſingulas ꝑtes augmētandas: ⁊ id qd augēt occupare maiorē locum poſt augmentationē quā an̄. poſtea autor ponit tria notabilia de augmēta

quatuor augmentatiōi ꝓprie dicta ꝯnexe

Quare p nutritionez nō reſtituit ps ita pura vt p̄us.

tiōe ꝓprie dicta. Primū: ꝙ ipa eſt tantū in rebus animatis: ⁊ hoc patet ex diffinitiōe augmētatiōis ꝓprie dicte. Scdꝫ illius qđ auget quelibet ps auget: Et hoc ſcdꝫ Ariſto. verū eſt de ptibus ſcdꝫ formā ⁊ nō de ptibus ſcdm materiā.

*Pars ſcdm formam.*

Ad cuius declarationē ſciendū ſcdꝫ Sco. xliiij. diſ. iiij. q. j. ꝙ ps ſecūdū formā nō eſt ipa forma nec ps ſcdꝫ materiā eſt ipa materia: cū vtraqꝫ ſit ps integralis totius ⁊ vere ꝯpoſita ex materia ⁊ forma. Sed ps ſcdꝫ formā dr que eſt tante quātitatis ⁊ virtutis ꝙ ſibi poſſit ꝯuenire ꝓpria actō nō quidē vt ſuppoſito ꝑ ſe ſubſiſtēdi: ſed ſic ꝓpria que nō tantū ꝯcurrit ad actionē totius.

*Pars ſcdm materiam.*

Sed ps ſcdꝫ materiā dr que nō eſt tante quātitatis nec virtutis ꝙ poſſit habere actionē ꝓpriā in toto. ſed pōt tantū ꝯcurrere ad actōnē totius. Poteſt eñ dari ita parua ps carnis vel oſſis ꝙ ei nō pōt ꝯpetere ꝓpria actio. Ex quo patet ꝙ pars vna ſcdꝫ ſpeciez includit in ſe multas ptes ſcdꝫ materiā. His premiſſis patet quō quelibet ps aucti eſt aucta intelligendo de ptibus ſcdꝫ formā ⁊ nō de ptibus ſcdꝫ materiā.

*Quō quelibet ps aucti augetur.*

In augmentatiōe eñ ꝓprie dicta tranſmittit alimētū vltimate digeſtum ad ſingulas ptes nō quantūcūqꝫ paruas. ſed ſolū ad illas que hñt virtutē ſufficientē vt ꝓpria actiōe poſſint ad cōſeruationē ſui tranſmutare ptem alimenti in ſui ſubſtantiā: tales aūt ſunt ptes ſcdꝫ formā ⁊ nō ſcdꝫ materiā. Terciū notabile declarat alimentū ⁊ alitū eſſe ſimilia in materia hoc eſt habere materiaꝫ eiuſdē rationis. ⁊ diſſīlia in formis. ꝓpter hoc quia ſunt actiua ⁊ paſſiua ad inuicē: quia aliter alterū nō poſſet tranſmutari in alterū: oīa aūt talia cōueniūt in materia ⁊ differūt ſcdꝫ formas. oportet eñ ꝙ habeant aliquā ꝯtrarietatē in formis: ſīle eñ nō agit in ſīle nec patit a ſimili. vñ etiā Ariſto. j. de gñatiōe: ⁊ ij. de anima dr ꝙ alimētū debet eſſe in principio diſſimile alito. quia ſcꝫ eſt diuerſum ab eo in forma: in fine vero ſīle: cū ſcꝫ materia alimēti abiecta forma alimēti recipit formā aliti: vt iā patuit. Ultimo ſciendum ꝙ Ariſto. ponit tres ꝯditiōes augmētatiōis. ꝓprie dicte: prima eius qđ auget quelibet ps auget. vt iā paulo añ expoſita eſt. Et ꝑ hāc ꝯditionē differt ab augmētatiōe in ꝓprie dicta que fit ꝑ ſolā iuxtapoſitionē: vt patet de augmēto thezauri. ſcđa auctū añ augmentationē ⁊ poſt: manet idē numero ⁊ ꝑ hoc differt a gñatiōe ſimpliciter elementi ſubtilioris ex groſſiori. tercia ꝙ augmentatio fit adueniente aliquo corporeo: ſicut diminutio recedente ⁊ ꝑ hoc differt augmētatio a rarefactiōe. ⁊ diminutio a ꝯſtrictione.

Ad actionem ⁊ paſſionem requiritur cōtatus Ido nota ꝙ cōtactus dicitur multipliciter. vno modo I cōtiguis quoꝝ vltima ſūt ſimul. ſicut ſuperficies

tangit ſuperficiē. ⁊ hoc modo quicq̄d tangit tangitur. ſcd̓o dicitur contactus ſcd̓m ſimilitudinem ſcd̓m ꝙ dicimus res triſtabilis tāgit nos. Et ſcd̓m hoc non quicquid tāgit tāgitur. tercio modo dicitur conctatus ī continuis ſicut partes linee tāgūt ſe in pūcto cōtinuāte. Tactus pꝛimo modo dictus neceſſarius eſt ad actionem et paſſionem.

¶ In quarta ꝑticula determinat̄ de actiōe ⁊ paſſione ac de tactu ſine quo nō fit actio ⁊ paſſio. Et ponit tres acceptiōes tactus. vt oſ̄dat q̄s tactus requirit̄ ad actionē ⁊ paſſionē: que acceptiōes clare patēt ex textu. Ad cognoſcendā: aūt naturā actionꝝ ⁊ paſſionꝝ ad inuicē. Cōſiderādū eſt pꝛimo ſcd̓z Ariſto. j. de gn̄atiōe nihil patit̄ ab om̄ino ſilī: nec ab om̄ino diſſi̇. ꝫ oportet agens ⁊ paciens eſſe ſimilia gn̄e ⁊ diſſimilia ſpē. pꝛimū patet q̄a datis duobus om̄ino ſimilibus. nō eſt ratio quare alterū eoꝝ ſit magis actiuū q̄ꝫ alterū ſcd̓z ⁊ terciū patet quia cū om̄is actio ⁊ paſſio fit rōe ꝯtrarietatis vt ſuꝑ patuit: oportet agēs ⁊ paciēs eſſe aliquō cōtraria: ꝯtraria aūt nō ſunt om̄ino diſſimilia: ꝫ ſunt ſimilia gn̄e ⁊ diſſimilia ſpē ergo ⁊c. Diſſimilitudo aūt ſpēi de q̄ hic loq̄t̄ phūs: nō ſolū ē capiēda ſcd̓z qualitates ſpē differētes. qualis ē inter calidū ⁊ frigidū. ꝫ etiā ſcd̓z diuerſuz gradū in eadē ſpē. vt minus calidū patit̄ a magis calido: aut etiā ex ſolo diuerſo mō agendi q̇ꝯuenit duobꝰ habētibus eandē formā ſcd̓z ſpēz ⁊ in eodē gradu ꝓpter maiorē vel minorē raritatē materie. Nā calidū in eodē gradū in materia denſa fortius agit in rara vero materia debilibus. Et ideo caliditas ſi fiat in materia denſa poteſt ꝑducere caliditatē pluriū gradū ſeu intenſiorē ſeipſa in materia rara. Ex quo patet ꝙ ꝯtrarietas ⁊ diſſimilitudo ſpēi quā h̄nt agens ⁊ paciēs capit̄ valde gn̄aliter vt patet Cōſiderādū ſcd̓o ꝙ agētia ſunt duplicia: quedā cōicāt in materia cū ſuis paſſis. ⁊ om̄ia talia in agendo repaciūt̄. Nō q̄a q̄cūq̄ꝫ h̄nt eādē materiā vnū eſt poṅa aliud. vt actu calidū eſt poṅa frigidum ⁊ actu frigidū eſt poṅa calidū. q̄a materia vnius eſt in poṅa ad formā alterius ⁊ ecōtra. ꝫ qd̓ eſt poṅa calidū p̄ñte calefaciente nō pōt nō calefieri: ⁊ ſimiliter poṅa frigidū p̄ñte frigefaciente nō pōt nō frigefieri. ergo calidū calefaciens repatit̄ a frigido in qd̓ agit. Ex quo patet ꝙ talia rōe forme agūt ⁊ rōe materie patiūt̄. alia agentia ſunt nō cōicātia in materia cū paſſis: ⁊ talia in agendo nō repatiūt̄: q̄a vnū nō pōt eſſe poṅa aliud: nec vnū habet ī ſe aliq̄d qd̓ recipiat formā alterius. Cōſiderādū tercio ꝙ corpꝰ nō agit in aliud

Quod agens ⁊ paciēs dn̄t eſſe cōtraria vel diſſimilia

Que agētia agēdo repaciuntur. j

niſi tāgat ipm̄ vel mediū p qđ agit: vt ignis nō calefacit aquā niſi eā tāngat
vel imediate vel mediāte aliquo corpe qđ calefactū imediate ab igne cale-
facit aquā ſibi imediatā: vñ dr vij. phiſi. ꝙ mouens ⁊ motū ab eo ꝓrie ꝯ ſit
eſſe ſimul. ⁊ ideo bñ dr in textu ꝙ ad actiones ⁊ paſſiones reqrit ꝯtactus ſcȝ a
gentis ⁊ pacientis. Iſte aūt tactus ſcđȝ Ariſto. j. de gñatiōe eſt duplex: quidā eſt ꝓpe dictus ⁊ phiſicus. q̄ ſolū ꝯuenit corpib⁹ actiuis ⁊ paſſiuis adin- duplex tac⁹
uicē. cū eoꝝ vltima ſunt ſil. q̄dā tactus eſt methaphoricus q̄ fit tripliciter.
primo ex pte tāgentis vt celū tāgit hec inferiora: ſcđo ex pte tacti vt ignis
tangit orbē lune. tercio ex pte vtriuſqȝ vt intelligentia mouens orbeȝ dr tā
gere orbeȝ. ⁊ cetera. Ex qb⁹ patet ꝙ ſolū tāgentia ſe tactu ꝓprie dicto ſeu phi-
ſico cū tangunt etiā tangunt: quia ſolū talia in agendo repatiunt.

# Mixtio ē duplex: q̄dā ad ſenſuȝ ſiue īpropꝛie dicta. ſic qñ cōpōit ordeū cū frumēto. Alia ē ſcđȝ rei veritatē. ⁊ diffinit ſic: mixto ē miſcibiliū alteratoꝝ vnio Et nota ꝙ oīa q̄ ſūt miſcibilia opꝫ ꝙ ſint agētia et patiētia agētia ī eo ꝙ diuidūt: patiētia ī eo ꝙ diuidūt vñ pꝫ ꝙ ea q̄ nō hñt ꝯrietatē nō ſūt cōmiſcibilia

¶ In q̄nta ⁊ vltima pticula autor determinās de mixtiōe tria facit: pmo p-
miſſa duplici acceptiōe mixtiōis: diffinit mixtionē ꝓpe dictā. ſcđo declarat
naturā miſcibiliū: tercio oñdit drñtiā inter mixtioneȝ: ꝯpōeȝ: ⁊ ꝯfuſionem.
Quātū itaqȝ ad pmū dt autor mixtioneȝ accipi dupliciter: vno mō īpꝛope Mixtio du-
p iuxtapoſitiōe miſcibiliū adinuiceȝ ſcđȝ paruas eoꝝ partes ſicut qñ grana plex
ordei miſcent granis frumenti: ⁊ in hac mixtiōe nō quelibet ps mixti ē mix
ta: vt patet: ſcđo capit ꝓpe qñ ſcȝ quelibet ps mixti eſt mixta: ⁊ hec diffinit
ſic ſcđȝ Ariſto. in fine pꝛimi de gñatiōe. Mixtio ē miſcibiliū alteratoꝝ vnio
cui⁹ expoſitio patebit ex dicēdis. Deinde autor declarat naturā miſcibiliū
ſimul ⁊ mixtiōis dicens ꝙ omīa miſcibilia optet eſſe actiua ⁊ paſſiua adin- Quare miſ-
uicē. Cui⁹ ratio eſt q̄a in mixtiōe ꝓprie dicta opꝫ quamlibet pteȝ mixti eſſe cibilia optet
mixtā: ſȝ hoc nō pōt eſſe niſi miſcibilia diuidāt ⁊ alterant ſemuiceȝ ⁊ ideo in eſſe actiua ⁊
quātū diuidūt ⁊ alterāt ſunt agentia: inquātū vero diuidūt ⁊ alterāt ſūt paſ paſſiua adin-
ſiua. Ex quo infert corrolarie ꝙ omīa miſcibilia adinuiceȝ dñt habere ꝯtra uicem.
rietateȝ in formis: ⁊ ꝯuenientiā in materia: ſcđo ſequit ꝙ facilius diuiſibi-
lia vt hūida ſūt facilius miſcibilia. Ad quoꝝ melioreȝ declarationeȝ mouet
hoc dubiū: quō elementa ſeu miſcibilia manent in mixto. Reſpōdeo ſcđm
Scotū. xv. diſ. ij. ꝙ elementa nō manent mixto neqȝ ſecundū ſubſtantiam Quō miſci-
intenſam: vt voluit Auicenna: neqȝ ſcđȝ ſbaȝ remiſſam: vt vult Cōmentator bilia manent
in mixto.

Ad quod ꝓbandū ſufficiat hec vna ratio: forma cuiuſlibet elemēti cū ſit ſpe
cifica ꝯſtituit cū materia ſuppoſitū ꝑ ſe ſbſiſtens in gñe ſbe. Si igit̄ in mix
to eſſent quatuor forme elemētoꝝ ꝯiūcte ſuis materijs: ſequit̄ ꝙ in mixto
ex quatuor elemētis erūt quatuor ſuppoſita: qd̄ eſt falſū. vñ ⁊ Ariſto. ſol
uens illud dubiū dt̄ ꝙ elemēta aliquo mō manent ⁊ aliquo mō nō manent
in mixto gñato ex ipis. Manēt em̄ poña ⁊ virtute: actu vero nō manēt. quā
ſententiā Ariſto. declarās Sco. dt̄ ꝙ ſicut in omi gñe vbi eſt inuenire me
diū eiuſdē rōis cū extremis vt patet ex x. metaph. mediū dr̄ ꝯponi ex extre
mis: vt rubor ex albo ⁊ nigro. ⁊ iſta ꝯpoſitio nō eſt niſi naturalis ꝯueniētia
medij cū extremis que nō eſt extremi ad extremū nō ꝙ media qualitas ha
beat ꝑ partibus ſuis extremas. ymo eſt ita ſimplex ſicut extreme. ⁊ ideo ſi
cut qualitates extreme dicunt̄ manere in medio. ⁊ nō dr̄ ꝙ extremū ſit i ex
tremo. ita in mixto dicūt̄ manere forme ſbales elementoꝝ ꝓpter natura
lē ꝯueniēciā que eſt forme mixti cū elemētis: que nō eſt vnius elementi ad
aliud. Dico ergo ꝙ elemēta nō manēt in mixto nec ſcd̄z ſbaꝫ: nec ſcd̄z qua
litates ſuas. ſicut nec qualitates extreme manent in medio: ſed quia for
ma mixti eſt actualior ⁊ ꝑfectior ꝗ̄ forma elementi. ideo elementa dicunt̄
ſcd̄z virtutē manere in mixto. ſicut ſenſitiua ⁊ vegetatiua manēt in intelle
ctiua: ⁊ gñaliter ſicut imperfectius manet in ꝑfectiori: vñ elementa mane
re virtualiter ſeu ſcd̄z virtutē in mixto; nō debet intelligi ſic ꝙ qualitates e
lementoꝝ intenſe vel remiſſe maneāt in mixto: ſed ſic ꝙ in mixto ſunt ſimi
les qualitates ⁊ oꝑatiōes cū illis que ſunt in elemētis: nā mixtū ſuis quali
tatibus calefacit. infrigidat. humectat: ⁊ exiccat ſicut ⁊ elemēta. Finaliter cō
cludit Sco. ꝙ nihil ꝓhibet formā mixti eque imediate ꝑficere materiā pri
mā ſicut formā elementi: ⁊ hoc loquēdo de imediatiōe ꝑfectiōis: ſic ꝙ per
ficiat materiā nō mediāte alia forma. licet nō ꝑficit eā imediate in media
tiōe tranſmutatiōis: natura em̄ ſeruat ordinē in tranſmutādo: quia forma
imꝑfectior ꝓcedit ꝑfectionē in materia quātū ad fieri ⁊ tranſmutari. Naꝫ
ſicut in gñatiōe aialis prius eſt materia ſub forma ſeminis ꝗ̄ʒ ſanguinis: ⁊
ſanguinis ꝗ̄ʒ carnis: ⁊ carnis quā animalis: ita in gñatiōe mixti materia ꝓ̄
us tranſmutat̄ ad formā elementi quā mixti; licet adueniēte forma mixtis
nō maneat forma elementi. Sed dices. quōpōt ſaluari diffinitio mixtionis
ſupra poſita ſi elemēta nō manēt ſcd̄z ſuā ſbaꝫ in mixto. Iſte em̄ ꝯñtie ſunt
bone. miſcibilia in mixto ſunt alterata ergo nō corrupta. Silr̄: ſunt vnita.
ergo manēt ⁊ nō ſunt corrupta: ea em̄ que corrupta ſunt: nō vniūt̄ cū vnio
ſupponat vnibilia habere eſſe: añcedēs aūt vtriuſqꝫ ꝯñtie habet̄ ex diffinitio
ne mixtiōis. Rñdet̄ ſcd̄m Sco. ꝙ alteratoꝝ eſt preteriti tpis: ideo bñ ſtat
miſcibilia prius eſſe alterata. ⁊ poſtea corrupta: nā in mixtiōe eſt quedam
gñatio: ⁊ ꝑ ꝯñs q̄dā corruptio. Ad ſcd̄aꝫ ꝯñtiā dico ꝙ in mixto miſcibilia
nō ſunt vnita ſcd̄z ſuā ſbaꝫ ſ; ſcd̄z virtutē: ꝓpter ꝯtinētiā eoꝝ virtualē i mix

*Declaratio diffinitionis mixtionis.*

do: vt dictū eſt. Ex quibus omibus patet quō fit mixtio. optet em̄ in mixtio
ne eſſe alteratione miſcibiliū cū corruptiōe formaꝝ ſbaliū eorūdē: ꝛ mate
ria eoꝝ vnit ꝑ ꝯtinuationē. ꝛ informat̄ vna forma mixti: que ꝯtinet virtua-
liter formas ꝛ qualitates miſcibiliū ꝛ nō in actu. patet etiam quō diffinitio
mixtiōis ſit intelligenda que ſic exponit̄. Mixtio ſcȝ ꝓprie dicta (eſt vnio)
ſcȝ ſcdȝ virtutē: miſcibiliū alteratoꝝ: ſcȝ prius ꝛ poſtea corruptoꝝ:

Itē differētia eſt inter mixtiōez cōpoſitionem ꝛ cō
fuſionē. Cōpoſitio eſt quādo vtrūqȝ cōpoſitoꝝ ma
net in virtute ꝓpria vt cōpoſito ordei cū frumēto
Cōfuſio eſt quādo ꝓportionant̄ virtutes priū: ſed
nō trahunt̄ ad certā ſpeciē. Mixtio eſt qñdo ꝓpor
tionant̄ virtutes: ꝛ trahunt̄ ad certā ſpeciem.

Ultimo ponit drñtiā inter mixtionē ꝓprie dictā ꝯpoſitionē ꝛ ꝯfuſionē: que
omia licet dicāt quādā vnionē. hñt tñ in hoc drñtiā: qa ꝯpoſitio eſt cū vtrū
qȝ ꝯponētiū manet ſcdȝ ſuā ꝓpriā ſbaȝ ꝛ virtutē. vt ꝯpoſitio domus ex lig
nis lapidibus. ꝛc. ſilr ꝯpoſitio hois ex aia ꝛ corpe: ſȝ ꝯfuſio eſt reꝝ in ſba al
terataꝝ: ex quibus nulla certa ſpēs fit in natura: vt ꝯfuſio vini cū aqua: in ꝗ
ꝯfuſiōe vtrūqȝ alterat̄ ꝛ virt⁹ vtriuſqȝ remittit̄: tñ ex eis nulla ſpēs certa fit i
natura. Nūqȝ em̄ natura ꝓducit tale ens: quale eſt ex ꝯfuſiōe vini cū aqua.
Mixtio vero ꝓprie dicta fit vt iā patuit qñ nō ꝓpria ſba ſed virtus miſcibi-
liū manēt in mixto (ꝛ ꝑ hoc differt a ꝯpōe) ſȝ illis corruptis gñat̄ ex eis cer
ta ſpēs in natura ſcȝ mixtū. ꝛ ꝑ hoc differt mixtio a ꝯfuſiōe. Ultimo hic duo
ſunt notāda. primū ꝙ aliter ptes ꝯponētes dicūt̄ ꝯpoſite ꝛ aliter totū. Nā
ptes dicūt̄ ꝯpoſite qa ſunt vnite in toto qd ꝯponūt̄: ꝛ ideo vt ſic ſunt ꝯpoſi
te ꝯpoſitiōe cū his hoc ē vna cū alia. Totū vero eſt ꝯpoſitū ꝯpoſitiōe ex his
vt patet ſcdȝ ꝙ nō ſemꝑ optet omia quatuor elemēta ꝯcurrere ad gñatio-
nē mixti: vt patet de mixtis imꝑfectis qualia ſunt nix pluuia ꝛ alie impreſ-
ſiōes. ꝛ hec dicta circa Tractatū corrñdētē libris Ariſto. de gñatiōe ꝛ cor

## Tractatus Tercius libris de aia Ariſto. corrñdēs.

Aima eſt actus pmus corpis phiſici orga
nici vitā hñtis in potēa.

Tractatus tercius par
uuli phie naturalis tribus
libris de aia Ariſto. corrñdēs: cuius ſbctm̄ ſcdȝ ꝓbabiliorē opinionē ē cor

De ſbctō huius: tractat⁹ de anima

pus aiatū: hoc eſt ɔpoſitū ex corpe ⁊ anima: ⁊ nō ipa anima qḋ pbat̄ tripli
citer: p̄mo ſic: ſicut ſe habet ſcientia ad ſcientiā: ita ſubiectū ad ſubiectū: ſed
ſcientia huius libri eſt ps ſubiectiua phie naturalis: ergo ſubiectū huius ſci
entie debet eſſe ps ſubiectiua ſubiecti ſciēcie naturalis ſcʒ corpis naturalis
anima aūt nullo mō pōt eſſe ps ſubiectiua corpis naturalis ſed bū corpus
animatū ergo. ⁊c. Scdo ſcientia honorabilior inter ſcientias naturales de
bet habere ſubiectū honorabilius inter oīa entia naturalia. Sed hec ſci
entia ſcdʒ Ariſto. primo de aīa eſt honorabilior ceteris ſcientijs naturalib⁹
ergo ſubiectū eius eſt honorabilius inter oīa entia naturalia: quale nō po
teſt eſſe anima. ymo eſt corps animatū. qḋ cū ſit totū pfectius eſt ꝙ anima
que eſt eius ps: Tercio illud eſt ſbctm̄ ſcientie de quo paſſiōes cōſiderate
in illa ſcientia primo ⁊ principaliter dicūt̄. Sed oēs paſſiōes cōſiderate
in hac ſcientia p̄mo ⁊ p̄ncipaliter dicūt̄ de corpe aīato ⁊ nō de anima: etiaʒ
loquendo de ipo intelligere: vt patet p Ariſto. primo de anima dicenteʒ ſic
dicere aūt animā iraſci ſimile eſt ⁊ ſi eā aliqs dicat texere aut edificare. me
lius aūt fortaſſis eſt nō dicere animā miſereri aut addiſcere aut intelligere
ſed hominē anima. Ex quibus oībus ɔcludit̄ ſcdm hanc opinioneʒ quaʒ
cōmuniter tenent Scotiſantes ꝙ hec ſcientia tractat de anima nō tāqʒ de
ſubiecto primo ſeu adequato ſed tanqʒ de principio formali ſubiecti primi
Aīa eīm eſt pars formalis corpis animati. Diuidit̄ aūt iſte tractatus in q̄n
ꝙ ptes principales: prima eſt de quiditate anime que exp̄mit̄ p eius diffi
nitioneʒ. ſcda de potētijs anime in generali: tercia de potentijs anime vege
tatiue: quarta de potentijs anime ſenſitiue: quinta de potentijs anime intel
lectiue. prie quatuor ptes: accepte ſūt principaliter ex ſcdo d anima. q̄nta
ex tercio. Quātū itaqꝫ ad p̄mū ſciendum primo ꝙ hāc diffinitioneʒ anime
que ponit̄ in texto Ariſto. inueſtigat ex ſex diuiſiōibus Quaꝝ primo eſt en
tis in ſubſtantiā ⁊ accidens: ex qua diuiſiōe colligit̄ animā eſſe ſubſtantiaʒ
⁊ nō accidens. Scda eſt diuiſio ſubſtantie in materiā formā ⁊ totū ɔpoſitū
ex qua diuiſiōe habet̄ ꝙ anima eſt forma ſeu actus. Tercia diuiſio eſt act⁹

Actus p̄mus
Actus ſcdus

in actū primū ⁊ actū ſcdm: vnde quelibet forma dicit̄ actus primus reſpe
ctu ſue opatiōis. Et ipa opatio ab ipa forma producta ē actus ſcdus: vt ſciē
tia eſt actus primus. Sed opatio ſcdʒ ſcientiā vt conſiderare eſt actus ſe
cundus: ⁊ habens formā dicit̄ eſſe in actu primo: actu aūt opans ſcdʒ for
mam dicitur eſſe in actu ſcdo: vt habens formā ſcientie dicitur ſciens in a
ctu primo: actu vero ɔſiderans dicit̄ ſciens in actu ſcdo. ſimiliter illud qḋ
eſt in potentia ad recipiendā formam eſt in potentia ad actum primū: que

Poña accidentalis.

potentia dicitur eſſentialis: vt anima infantis reſpectu ſcientie. Sed quod
iā habet formā ⁊ nō operat̄ ſcdm illam dicit̄ eſſe in potentia ad actum ſe
cundū: que dicit̄ potentia accidentalis. vt habens ſcientiā ſed actu nō ɔſi
derans ſcdm illam ſciētiā. Et ex hac tercia diuiſiōe habet̄ prima particula

diffinitiõis ſcꝫ ꝙ anima eſt actus primus id eſt ꝑfectio que eſt forma ⁊ ex
prima diuiſione patet ꝙ ſit ſbalis. Quarta diuiſio eſt hec. Subſtãtiaꝝ que
dã ſunt corpora. quedã nõ. Quinta diuiſio corꝑm quedã ſunt phiſica: que
dã nõ phiſica ſed artificialia. ex quibus duabus diuiſiõibus habeť ꝙ anima
eſt actus corꝑis: nõ cuiuſcũq ſed phiſici: Diciť aũt corꝑs phiſicũ quod ha
bet in ſe principiũ motus ⁊ quietis: ꝑ hoc enĩ differũt phiſica ſeu naturalia Corpus phi
ab artificialibus vt dictũ eſt in primo tractatu ex ſcḋo phiſicoꝝ. Sexta di- ſicum.
uiſio corꝑm quedã hñt vitã. quedã nõ: illa aũt habent vitã que habent aug- Uitã hñtia
mentũ alimẽtũ ⁊ decrementũ id eſt que augenť nutriũť ⁊ decremẽtũ pati-
unť. Ex quo patet illa ꝑticula vltima vitã habentis. ⁊ addiť in poña quia il-
lud corpus cuius anima eſt actus: nõ habet ex ſe vitã in actu ſed viuificať
ab anima. Qḋ etiã cõiter addiť in diffinitiõe aĩe (organici) hoc eſt: qḋ habꝫ Organicum
diuerſitatẽ organoꝝ ſeu ꝑtiũ ad diuerſos actus a natura ordinataꝝ: poniť
aut ſuꝑflue. aut ad maiorẽ expreſſionẽ ⁊ declarationẽ illius particule vitã
habentis in poña vt vult Temiſtius ſic dicẽs: erit igiť nomẽ hoc organicũ
expoſitio atq interpretatio eius qḋ eſt poteſtate vitam habere: atq eadem
vtriuſq ſignificatio habenda. Unde ⁊ apud Ariſtotelem nõ poniť in diffini
tione: ſed inferť quaſi corrolarie ex vltima particula videlicet vitam haben
tis in potentia: omẽ enĩ corꝑs vitam habens eſt organicũ ⁊ econtra. Pro quare neceſ-
quo ſciendũ ſcḋo ꝙ in corpore recipiente vitam ab anima neceſſaria eſt di ſe ẽ corꝑs aĩa
uerſitas organoꝝ ꝓpter diuerſas oꝑationes quas anima oꝑať ꝑ corpus liũ eſſe orga
Anima enĩ cũ ſit forma perfectiſſima inter omẽs formas informãtes ma- nicum.
teriã eſt principiũ diuerſaꝝ operationũ: ideo requirit diuerſitatẽ organoꝝ
in ſuo ꝑfectibili. vt in plantis foliũ eſt cooperimẽtũ fructus ⁊ ramus eſt fru
giferus: radices aũt ſunt ſimiles ori: quia plante radicibus velut animalia
ore accipiũt alimentũ. forme aũt inanimatoꝝ ꝓpter ſui imꝑfectionẽ pau
cas habent operationes ⁊ ideo in ſuis ꝑfectibilibus nõ requirũt diuerſita
tem organoꝝ. ⁊ quia inter animas aĩa plantaꝝ eſt imꝑfectior: ⁊ ideo in cor
pore plantaꝝ minor eſt diuerſitas organoꝝ q̃ʒ in animalibus. Nec ĩ omĩ-
bus animalibus equaliter organa ſunt diſtincta. ſꝫ in ꝑfectioribus maior ⁊
diſtinctior eſt diuerſitas organoꝝ q̃ʒ in imꝑfectioribꝰ. In homine aũt qui
eſt ꝑfectiſſimũ aialiũ: maxia ẽ organiſatio: ꝓpter hoc quia anima humana
tanq̃ʒ perfectiſſima forma plurimas habet oꝑatiões. Sciendũ tercio ꝙ p̃- Scḋa anime
ter hãc diffinitionẽ aĩe poniť alia ab Ariſto: que eſt hec. Anima eſt principi diffinitio.
um quo viuimus ſentimus mouemur ⁊ intelligimus primũ. i. ꝑncipaliter
In qua diffinitiõe tangũť quatuor gradus viuentiũ. In quibuſdã enĩ viuẽ
tibus anima ſolũ eſt principium ſeu cauſa vite vt in plantis ⁊ hec tenent in quatuor gra
fimũ gradũ: In q̃buſdã vltra vitã inueniť ſenſus vt in aialibꝰ affixis petre: ⁊ dus viuentiũ
hec tenẽt ſcḋʒ gradũ viuẽtiũ. In tercio gradu ſũt aialia ꝑfctã q̃ vltra vitã ⁊ ſẽ
ſuꝫ hñt motũ ꝓgreſſiuũ. In q̃rto g̃du ſũt hoĩes: ĩ q̃bꝰ ſit aĩa ẽ ꝑncipiũ nõ ſolũ

viuēdi: ſenciēdi. ⁊ mouēdi ꝓgeſſiue: ꝗ etiā intelligēdi. Hec aūt ſcda diffinitio aīe dr̄ formalis reſpectu precedentis que dicit̄ materialis: Et hoc ideo quia pr̄ma diffinitio pōt demōſtrari de aīa p ſcdaꝫ ſic ſilogiſādo: oē pncipiū quo viuimus ⁊c. ē actus corporis phiſici. ⁊c. Sed aīa ē pncipiū quo viuimus ſentimus. ⁊c. ergo anima eſt actus corporis phiſici. ⁊c. vñ pr̄ma diffinitio aīe habet ſe vt ꝯcluſio demōſtratiōis: ⁊ ideo dr̄ materialis: ſcda vt pncipium: ⁊ ideo dr̄ formalis: vtraq; vero ſimꝰ iūcta habet ſe vt tota demōſtratio ſola poſitiōe terminoꝝ differēs ab illa.

Nota impoſſibile eſt ſubſtātiā eſſe exprē aliqua operatiōe naturali: inter ſubſtantiā aūt ⁊ operationē media eſt poña p quā ſubſtātia opat̄.

¶ In ſcda pte Autor de terminans de poña i generali tria facit. pr̄mo pbat aiaꝫ habere poñas mediātibus qbus opat̄ ſuas opatiōes auctoritate Damaſceni ſcdo hmōi poñas enumerat. ⁊ tercio illas adinuicē ꝯpat. De primo ponit auctoritatē Damaſceni in qua duo tāgūt̄: pr̄mū ꝙ q̄libet ſba habet operatiōnē naturalē in quā dū pōt dr̄ talis ſcdꝫ ſuā ſpēꝫ. dū vō nō pōt nō dr̄ talis niſi equoce: vt dī phūs ij. de aīa de oculo. oculus eñi cecus nō dī oculus niſi equoce ſicut lapideos. Scdꝫ ꝙ quelibꝫ ſba habet poñaꝫ naturalē mediāte qua opat̄ opationē ꝯuenientē ei ſcdꝫ naturā. Cū igit̄ aīa ſit ſba vt ex pdictis patet: ſeq̄t̄ ꝙ habet aliquas opatiōes naturales ⁊ poñas p quas exercet illas opatiōes. Circa qd̄ ſciendū pr̄mo ſcdꝫ Sco. x. diſ. iiij. q. viij. Sicut hō ꝯponit̄ ex corpe ⁊ aīa. ita hꝫ poñas quaſdaꝫ mere ſpūales que ꝯueniūt aīe pr̄mo ⁊ toti ꝯpoſito p aīaꝫ: vt ſunt intellectus ⁊ volūtas: p quas differt a brutis: que dicūt̄ poñe nō organice: quia operationes eaꝝ nō exercēt̄ p aliquā ptē corporis ⁊ tales manēt in aīa ſepata vt ſunt quedā formalitates ſeu pfectiōes naturales in eſſentia aīe ꝯtētē pidētitatē cū qua ſunt idē realiter licet differūt formaliter ⁊ ex natura rei. vt vult Sco xvj. diſ: ij: habet etiā hō quaſdā poñas corporeas ⁊ organicas inqbꝰ ꝯuenit cū brutis: vt ſunt poñe vegetatiue ⁊ ſenſitiue: que poñe (loquendo de totali poña) ſunt poñe totius ꝯpoſiti: nec manēt in aīa ſepata: vt etiaꝫ vult Sco. xliij. iiij: q. ij. ⁊ xlij. eiuſdē q. iij. Dixi aūt totali q̄a ⁊ ſi aīa ſit illud qd̄ ē formale in poña ſenſitiua: tñ poña ſenſitiua formaliter includit formā quā dā totius ꝯpoſiti ex pte corporis ſic mixta ⁊ aīa pficiēte illā ptem ꝓportionaliter ad actū correſpōdētē tali toti. Ex quo pꝫ ꝙ ſi poña ſenſitiua capiat̄ ptialiter p pfectiōe aīe que eſt formale in poña totali: ſic eodē mō eſt idē aīe ſicut intellectus ⁊ volūtas: ideo manet in aīa ſepata. Si aūt fiat ſermo de poña totali illa nō manet in aīa ſepata ⁊ p ꝯñs diſtinguit̄ realiter ab aīa: ꝗ ē vel forma totius organi (qd̄ dī aliqd̄ ꝯpoſitū ex aīa vt ē pncipiū determinate opatiōis ⁊ ex pte corporis ſic mixta. (vt dī Sco. vi. ij. q. q.) vl̄ aliqd̄ ꝯñs illā formā

Vtrū potentie anime differūt ab aīa.

Poñe nō organice.

Potentie organice.

Et ex hoc patet quare oculus cecus nō dr̄ oculus niſi equiuoce ⁊ ſcđz quid quia nō eſt niſi altera ps cōpoſiti qđ natū eſt dici oculus: carens altera pte qua ɔplete oculus eſt oculus. Ex quibus patet ꝙ licet opatiōes aīe ſint accidētia de predicamēto qualitatis: vt vult Sco. xvi. diſ. ij. nō tn̄ poñe p q̄s anima opat̄ hm̄oi opatiōes. vn̄ Sco. xxvi. diſ. j. In ſb̄a inquit creata poña ſiue illud qđ eſt principiū ꝓprie opatiōis ɔueniētis talis nature nō eſt aliqđ ptinēs ad gn̄s qualitatis. ſ; vel eſt mere ipſa ſb̄a cui ɔpetit opatio vel eſt aliqua pfectio identice ɔtenta i ſb̄a ⁊ ptinens ad ipam ſb̄az: nō aūt quaſi quedā qualitas circūſtās. Cōtra p̄dicta arguit̄ dupliciter ꝓbādo poñas eſſe accidentia de gn̄e qualitatis: primo actus ⁊ poña ad idem genus ptinent ex ix. metaph. ſed intelligere velle ⁊ alie opatiōes aīe ſunt accn̄tia de gn̄e qualitatis. ergo intellectus volūtas ⁊ alie poñe erūt accn̄tia de gn̄e qualitatis Scđo arguit̄ p Ariſto. in predicamentis ponentez naturalez poñaz in ſcđa ſpecie qualitatis. Rn̄deo ad p̄mū ſcđm Sco. vij. diſ. j. ꝙ maior eſt vera de poña obiectiua ⁊ actu entitatiuo: quibus ɔuenit diuidere nō ſolū ens in cōmuni: ſed etiā qđlibet gn̄s entis: ymo quālibet ſpeciē ⁊ qđlibet indiuiduuz quia eadez albedo primo eſt in poña ⁊ poſtea in actu. ⁊ hoc mō ad idez genus ptinēt actus ⁊ poña: ſed in ꝓpoſito nō accipit̄ ſic poña ⁊ actus: ſ; act⁹ capit̄ p opatiōe: poña vero p illo qđ eſt principium in ſb̄a illius opatiōis. Ad ſcđz rn̄det Sco. xvi. diſ. ij. ꝙ poña naturalis abſolute nō eſt in ſcđa ſpecie qualitatis ſed facilitas ⁊ ꝓptitudo vtendi illa poña: vt ibi pulchre declarat p exemplū phi đ pugillatore ⁊ curſore: iſtā poña currendi abſolute nō eſt in ſcđa ſpecie qualitatis ſed agilitas illius poñe: ſiue poña quo ad illam agilitatem.

Que poña eſt eiuſdē generis cū actu

Quō poña ē in ſcđa ſpē qualitatis:

Itē poña aīe diuidit̄ in vegetatiuā: ſenſitiuā: appetitiuā motiuā ſcđz locū: ⁊ itellectiuā. vl' ſic diuidit̄ poñarū aīe: alia vegetatiua: alia ſēſitiua: alia itellectiua: vel rōnalis: ɔprehēdēdo ſub ſenſibili appetitiuā: ⁊ ſcđz locū motiuā Diffierūt tn̄ appetitiā ⁊ ſecūdū locū motiua ſenſibili: qa ſenſibilis quātū eſt de rōe nōis dr poñaz apprehenſiuā paſſiuā Sed potentia appetitiua ⁊ ſcđz locum motiua ſunt poñe

actiue ⁊ motiue: que poñe cū ſunt in eodē vt in hoīe nō dicūt̄ tres aīe: ſed bñ put ſunt in diuerſis vt in planta bruto ⁊ hoīe.

¶ Autoꝛ oñdit numerū poñaꝝ aie p duplicem diuiſionez. In pꝛima diuiſiōe enumerat quinqꝫ gña poñaꝝ aīe ex ſententia Ariſto. ij. de aīa. In ſcda vero diuiſione ad intentionez Auicenne vj. naturaliū ſolū ponit tres poñas vt patet in textu. ⁊ ne videat̄ appetitiua ⁊ ſcdꝫ locū motiua nullā omino habere differentiā a ſenſitiua. ſub qua includūt̄ in ſcda diuiſiōe: ideo ſtatim ſubiūgūt̄ earuꝫ due dr̄ñtie: pꝛima ꝙ poña ſenſitiua eſt appꝛehenſiua ſeu cognitiua. alie vo due motiue. ſcda dr̄ñtia ſumit̄ ex hoc ꝙ poña ſenſitiua eſt paſſiua. alie vero due actiue. Ultimo autoꝛ cū dt. Que poñe ⁊c. cōparat tres poñas anime poſitas in ſcda diuiſiōe: dicens ꝙ vegetatiua in planta. ſenſitiua in bruto: ⁊ intellectiua in hoīe ſunt tres aīe: ſed ꝙ intellectiua in moꝛtalibꝰ vt dt Ariſt nō inuenitur ſine ſenſitiua: nec ſenſitiua ſine vegetatiua: ideo dubium eſt ſi in eodem ſuppoſito puta homine vbi omēs ille tres potentie inueniuntur ſint etiam tres anime vel vna anima. Ideo autoꝛ dicit ꝙ in eodem ſunt vna anima. Circa hunc textum ſoluenda ſunt aliqua dubia. Pꝛimum dubium Cum ſint quinqꝫ genera potentiaꝝ anime: quare ſolum ponuntur quatuoꝛ gradus viuentium: de quibus dictum eſt ſupꝛa circa ſcdam diffinitionem anime: ⁊ tantū tres anime: vt tangit̄ in fine textus. Rñdeo ꝙ ideo ponunt̄ quinqꝫ gña poñaꝝ. quia tot actus ſeu opatiōes vitales p illas potentias pducunt̄: ⁊ quia potentie diſtinguūt̄ p actus: vt dicit̄ ſcdo de anima ⁊ inferius declarabit̄: igit̄ ſicut ſunt quinqꝫ gña actuū ſeu opationū anime: ita quinqꝫ genera poñaꝝ. ⁊ ꝙ appetitiuū nūqꝫ ſepat̄ a ſenſitiuo quia oīa que habent ſenſum habent appetitū ⁊ ecōtra: vt habet Ariſto. vbi ſupꝛa: ideo licet appetitiuū ꝯſtituat diſtinctā poñaꝫ ſicut habet diſtinctū actū a ſenſitiua: tñ nō facit gradū viuentiū diſtinctū a ſenſitiuo: quia gradus viuentiū nō diſtinguūt̄ p actus vitales ſicut poñe: ſed rōe ſepatiōis ſcdꝫ eſſe diuerſoꝝ pꝛincipioꝝ viuendi. Et item quia appetitiuū ⁊ ſcdꝫ locū motiuū reducūt̄ ad ſenſitiuū: vt hic dr̄ ⁊ magis infra dicet̄. vl ad intellectiuū. Nā ſicut eſt ꝗdā appetitus ſenſitiuus ꝗ reducit̄ ad ſenſum quē ꝯſequit̄: ita eſt ꝗdā appetitus intellectiuꝰ vt volūtas que ꝯſequit̄ intellectū: vt in pꝛimo tractatu dictū eſt de appetitu materie. ⁊ infra dicet̄: ideo qnqꝫ gña poñaꝝ anime que faciūt quatuoꝛ gradus viuentiū poſſunt reduci ad triplicez animā ſcꝫ vegetatiuā ſenſitiuā ⁊ intellectiuā. Scdꝫ dubiū Utrū ſenſus ſit poña ſolum paſſiua aut etiam aliquomodo actiua reſpectu ſue opatiōis que eſt cognitio ſenſitiua Ad hoc dubiū cōiter dr̄: ꝙ ſenſus ſit poña pure paſſiua ita ꝙ nullo modo ſēſus actiue concurrit ad ſenſationem: Pro qua opiniōe videt̄ eſſe auctoꝛitas

tas phī ſcđo de anima pbantis ſenſum eſſe potentiam paſſiuam: ⁊ opatio-nem eius eſſe in moueri ⁊ pati. vñ dicit ſentire eſſe quoddã pati. Probat etiam hec cōis opinio tali ratione. Si ſenſus actiue pduceret ſenſationem quã recipit ſubiectiue ergo idem erit agens ⁊ patiens reſpectu eiuſdem: ⁊ ſcđz idẽ. Sed ↄtra hanc opinionẽ cōem eſt intentio phī in pluribus locis Vñ in ſcđo de anima pbat animã eſſe principiū effectiuū corporis animati: p hoc: quia ipſa eſt principiū effectiuū opationū ipius ſcꝫ motus localis: ſenſationis ⁊ aliaꝝ. Itẽ nono metaph. dicit viſionem eſſe actionẽ immanentẽ ergo opꝫ ꝙ viſus in quo recipit ſubiectiue ſit cã eiꝰ effectiua vt patet ex differentia actionis immanentis ⁊ tranſeuntis ibidem poſita. Ideo aliter reſpō-deo ſcđz Scotū iiij. diſ. j. q. vij. ⁊ in quoli. q. xv. ↄcedendo cū Ariſto. oēm ſenſuꝫ eſſe virtutẽ paſſiuã in eo ꝙ recipit ſpecieꝫ ⁊ ſenſationẽ: ſed eandẽ ſenſationem ſenſus actiue pducit cum obiecto ita ꝙ neqꝫ ſoluꝫ obiectū neqꝫ ſolus ſenſus eſt totalis cauſa productiua ſenſationis. ſed ſe habent ſicut due cauſe partiales diuerſaꝝ rationū ↄcurrentiū ad vnum effectum pducendū ita ꝙ ſenſus habet ſe vt cauſa vniuerſalis ⁊ obiectū preſens in ſe vel in ſua ſpecie tanqꝫ cauſa pticularis ⁊ hoc voluit Ariſto. i capitulo de ſenſu cōmuni. dicens: ſenſibilis autẽ actus ⁊ ſenſus vnus eſt ⁊ idem. Ad hoc etiaꝫ eſt expreſſa ſententia diui Auguſtini xi. de trinitate. ⁊ ij. ſic dicentis. Gignitur ergo ex re viſibili viſio ſed nō ex ſola niſi adſit ⁊ videns. quo circa ex vidēte ⁊ viſibili gignit viſio. Similẽ ſententiã expreſſit Boetius v. de ↄſola. p. ¶ Hec pbatiōes p prima opinione ↄcludūt. vnde ad auctoritates Rñdet Scotus vbi ſupra: ⁊ iiij. q. q. ꝙ licet Ariſto. pbet ſenſum eſſe paſſiuū nō tñ ſic paſſiuū vt nullo mō ſit actiuus. quia oppoſitū habet ex eius dictis vt iaꝫ patuit: licet aūt ſenſus ſit etiã mō predicto actiuꝰ: nō tñ dr ſentire inquãtū actiue pducit ſenſationẽ ſed inquãtū eã formaliter recipit: ⁊ iđo verū eſt ꝙ ſentire eſt quoddã pati qa ſenſuꝫ ſentire nō eſt niſi ipm recipe ſenſationẽ: ⁊ qa phūs locutus eſt de potẽtijs ſenſitiuis inquãtū ipis cognoſcimus: ideo neceſſario habuit dicere potẽtias cognitiuas eſſe paſſiuas: qa vt ſic accidit eis ꝙ ſint actiue. ↄ hoc dicent plura circa dr̃ntiã intellectus poſſibilis ab agēte Ad rōeꝫ dico ꝙ ↄñs nō habeo p incōueniẽs ymo eſt neceſſariū in actiōibꝰ imanẽtibus: cū itaqꝫ actus ſenciendi ſunt actiōes imanentes (vt iã dictū ē) opꝫ ꝙ eadeꝫ potẽa q̃ eſt receptiua ſenſatiōis ſit etiã actiue pductiua eiuſdeꝫ. Vtrū aūt oīs potẽa ſenſitiua ſit apphenſiua. ⁊ quomō diſtiguit ab appetitiua ⁊ motiua ſcđz locū patebit ex dicendis. Terciū dubiū. V. vegetatiua ſenſitiua ⁊ intellectiua in eodeꝫ puta hoie ſit vna aīa. Rñdeo breuiter ꝙ ſic ⁊ hec eſt opinio Scoti. xi. diſ. iiij. q. ij. ⁊ alibi ſepe ⁊ fere omniū aliorum doctoꝝ preter Occam ⁊ eius ſequaces q̃ in hoie ponunt illas tres aīas realiter diſtinctas. Unde regula Scoti. quandocūqꝫ plures forme ſic ſe habent ꝙ vna continet virtualiter alias ille ſunt ſimul incompoſſibiles in eodem.

Quō ſenſus eſt virtus paſſiua.

Quō ſentire eſt pati.

Forma ꝯtinere virtualiter

Illa aūt forma dr̄ ꝯtinere virtualiter aliā que pōt eſſe ꝑncipiū oīm opationū ⁊ effectuū quoꝝ eſt illa alia. Cū igit̄ aīa intellectiua pōt eſſe ꝑncipiū oīū opationū que ꝯſequūt̄ aīaꝫ ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā ipīs ſeclusis nō tn̄ ſeclusis organis ipaꝝ. ſeqͥt̄ ꝙ aīa intellectiua ꝯtinet virtualiter aiaꝫ ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā. ſicut etiā forma mixti ꝯtinet virtualiter formas elemētoꝝ. vt vult Sco: xv. diſ. ij. ⁊ declaratū eſt in ꝑcedēti tractatu: ⁊ ꝑ ꝯñs ſicut in mixtis in aīatis nulla ponit̄ alia forma ſbalis preter forma mixti in qua alie virtualiter ꝯtinent̄: ita in hoīe ꝑter formā mixti (ꝑ quā corpꝰ qđ eſt primū ꝑfectibile aīe eſt corpꝰ phiſicū ⁊ organicū: qui virtualiter ꝯtinet omēs formas ſe imꝑfectiores) ⁊ preter aīaꝫ intellectiuā (que etiā virtualiter ꝯtinet ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā: licet nō ꝯtinet formā mixti) nulla alia forma ſbalis eſt ponēda. Ex quo patet ꝙ in quolibet viuēte ꝑter aīaꝫ que eſt forma ſpecifica neceſſe eſt ponere aliā formā ſbaleꝫ ꝑ quā corpꝰ eſt corpꝰ: ita ꝙ corpꝰ qđ eſt altera pꝰ animati ꝑ ſe includit materiā ⁊ formā mixti ſeu corporeitatis ꝑ quā eſt receptiuū aīe: ⁊ illa forma ſicut ꝑcedit animā in materia ita pōt manere ſepata aīa. Vñ ꝑ triduū quo aīa xp̄i dn̄i fuit ſepata a corpe. forma mixti nō fuit ſepata ab illa materia corpis xp̄i. hec aūt forma mixti ſepe a ſcoto vocat̄ forma corporeitatis quia ex ipa ⁊ materia ꝯſtituit̄ corpus qđ eſt pꝰ viuētis: Cōtra ꝑdicta Arguit̄ dupliciter: primo ſic. in gn̄atiōe hoīs embrio prius viuit vita plante. poſtea vita animalis: ⁊ vltimo introducit̄ anima intellectiua. ergo vegetatiua que dat vitā plāte: ⁊ ſenſitiua q̄ dat vitā animalis: ſunt diſtincte in homine ab anima intellectiua: cū ipaꝫ ꝑcedāt tpe. ⁊ altera alterā. Scđo qa nō videt̄ maior rō quare anima intellectiua ꝯtinet virtualiter ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā ⁊ nō formā mixti cū intellectiua ſit etiam ꝑfectior q̄ꝫ forma mixti. Rn̄deo ad primum ꝙ in aduentu anime ſenſitiue corrūpit̄ vegetatiua. ⁊ ſilr̄ in aduentū intellectiue corrūpit̄ ſenſitiua: ⁊ hec corruptio fit ꝓpter ſolā incōpoſſibilitatē illaꝝ formaꝝ in eodē. que incōpoſſibilitas eſt ex hoc ꝙ vna virtualiter ꝯtinet aliā. vt etiam dr̄ ſcđo de anima.

Quare anima nō conti mixti ſeu corporeitatis

Ad ſcđꝫ dico ꝙ anima intellectiua ꝯtinet virtualiter ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā nō ſolū ꝓpter hoc quia eſt ꝑfectior illis. ſꝫ etiā ꝓpter hoc quia pōt exercere in corpe omēs opatiōes que ꝯſequūt̄ ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā. Nō ſic aūt ſe habet reſpectu forme mixti: quia anima nō pōt eſſe principiū effectiuū qui ꝯſequūt̄ neceſſario formā mixti ſicut ſunt eſſe ꝯpoſitū ex ꝯtrarijs. ⁊c.

Vegetatiua diuidit̄ in tres potentias ſcꝫ nutritiuā: augmētatiuā: ⁊ gn̄atiuā. Nutritiue actus eſt nutrire ſiue alimēto vti. ⁊ hec potēa data eſt vegetabilibus ad ꝯſeruationē ſuipſius in numero. Eius qua

tuoꝛ ſunt ptes ſcꝫ attractiua que cibũ attrahit:et eſt naceſſaria plantis. Digeſtiua que cibũ digerit. Retentiua que retinet illud qđ aptũ eſt ad nutriendũ coꝛpus. Expulſiua que expellit ſupflua. Gñatiue actus eſt gñare: vñ naturaliſſimũ opm in viuētib⁹ ꝙ pfecta ſunt:ꝛ nō oꝛbata:ꝛ que gñationē ſpontaneam nō habent:facere alterũ tale quale ip̄m eſt. vt animal al'. plāta plantā: vt ip̄o eſſe diuino pticipēt ꝛ immoꝛtali ſcđm id ꝙ poſſunt. Augmētatiue act⁹ eſt ad debitā quātitatē quodcũqꝫ animatũ pducere:ꝛ dꝛ ad debitā quantitatē quia omniũ a natura ꝯſtantiũ eſt certus terminus ꝛ ratio magnitudiniſ ꝛ augmēti.

¶ Jn hac tercia pte autoꝛ incipiēs dicere de potentijs aie in ſpēli dterminat đ poñtijs aie vegetatiue Et habꝫ duaſ pticulas. Jn prima enumerat tres poñas quas habet anima vegetatiua. ꝛ quia diſtinctio poñaꝝ eſt actus. vt đr ij. de anima. ideo autoꝛ in ſcđa pticula declarat actus illaꝝ triũ poñaꝝ. Circa primũ ſciendũ primo. Poña vegetatiua in cōi ſic diffinit vt colligit ex dictis Ariſto: ij. de aia: poña vegetatiua eſt que pōt ꝯuertere alimētũ in ip̄m coꝛpus animatũ ꝓpter ſalutē ipi⁹ animati. Jn qua diffinitiōe principaliter tangūt tria: primo obiectũ potētie vegetatiue qđ eſt alimētũ. de quo dictũ eſt in tractatu precedenti capitulo de augmētatiōe. ꝙ in principio debet eſſe diſſile alito ſeu coꝛpi aiato nutriendo p illud alimentũ ꝛ in fine ſile. Vñ alimētũ eſt poña alitũ: actu vero aliud: qa optet alimētũ p tranſmutationē fieri alitũ: ſcđo tāgit actus poñe vegetiue qui eſt ꝯuerſio alimēti in ip̄m coꝛpus aiatũ. cuius actus eſt duplex p̄ncipiũ: vnũ principale qđ eſt aia p poñaꝫ vegetatiuā: aliud inſtrumētũ ꝛ ē caloꝛ naturalis quo digerit ꝛ diſponit alimētũ. Ultimo tāgit finis poñe ve

Diffinitiō potentie vegetatiue.

Diſtinctio poñaꝝ vegetatiuaꝝ.

getatiue habent idem obiectũ ſcʒ alimentũ: ⁊ eũdẽ actũ gñaleʒ ſcʒ mutare alimẽtũ in corpꝰ animatũ. ⁊ idẽ inſtrumetũ ſcʒ calorẽ naturalẽ ⁊ eũdẽ finẽ qui eſt ſalus viuẽtis. Hoc tñ eſt differenter: nã alimentũ vt eſt potentia ſba aliti. hoc eſt vt natũ eſt ꝯuerti in ſubſtantiã aliti. ſiue plus ſiue minus ſiue tãtũdẽ reſtituat̃ quantũ fuit deꝑditũ: dicit̃ obiectũ nutritiue: ſed ipm̃ alimẽtũ vt eſt poña quãtũ: hoc eſt vt ꝑ ipm̃ ꝑtes aliti maiorãt̃ ꝑ hoc: quia plus ꝑ alimentũ reſtituit̃ q̃ erat deꝑditũ. ⁊ ſic eſt obiectũ augmẽtatiue. Vñ augmẽtatiua fortiori eget calore naturali q̃ nutritiua. Et hee due poñe ordinantur ad ꝯſeruationẽ indiuidui quia habent effectũ ſuũ in eodeʒ indiuiduo in quo ſunt. ſed ipm̃ alimentũ: vt quale ſeu principiũ factiuũ gñatiõis eſt obiectũ gñatiue: nã ſemen qd̃ eſt ſupfluũ alimẽti vltimo digeſti eſt obiectuʒ primũ gñatiue poñe. Ordinat̃ aũt generatiua nõ ad ſalutẽ indiuidui i quo eſt ſicut nutritiua ⁊ augmẽtatiua: ſed ad ꝯſeruationẽ ſpẽi. Succeſſiuã eñ generatio indiuiduoꝝ fit ꝓpter hoc (ſcd̃ʒ Ariſto. ij. de aĩa: ⁊ ij. de gñatiõe) vt ſpecies que non poteſt ꝑpetue ꝯſeruari in vno indiuiduo ꝓpter eius corruptibilitatẽ ſaltẽ ꝯſeruet̃ in pluribus ſibi ꝑ gñationẽ ſuccedentibus vt etiã dicet̃ in textu. Vñ virtus generatiua habet effectũ ſuũ in alio indiuiduo puta genito nihil eñ generat ſeipm̃ ſed aliud ſibi ſile ſcd̃m ſpeciẽ.

Quõ oĩe viuens

Differunt etiã predicte tres poñe tꝑe. oĩe eñ viuẽs q̃diu viuit nutrit̃: qd̃ oportet intelligere accipiendo nutritionẽ nõ ſolũ ꝓ tranſmutatiõe nutrimẽti in ſubſtantiam nutriti: quia ſic falſuʒ eſſet: ſed etiã ꝓ diſpoſitiõe nutrimẽti ad illã tranſmutationẽ ꝑ calorẽ naturalẽ. Augmentatiua vero tamdiu durat donec viuens attingat ſuã debitã quãtitatẽ: q̃ in hoĩbus ſcd̃ʒ Cõciliatorẽ drñtia. lv. durat ad maximũ xxxv. annos. Gñatiua vero circa xiiij. annũ incipiens vſq; ad lxxv. annũ extendit̃. Ex quo ſequit̃ alia drñtia quia gñatio ſolũ eſt ꝑfectoꝝ nutricio vero ⁊ augmentatio etiã imꝑfectoꝝ. Ex predictis patet numerus poñaꝝ vegetatiuaꝝ ⁊ ꝯuenientia ac drñtia earũdẽ in gñali.

Actus vegetatiuaꝝ potẽtiaꝝ.

¶ Poſtea autor in ſcd̃a ꝑticula declarat actus p̃dictaꝝ triũ poñaꝝ. Et primo nutritiue ſcd̃o gñatiue: tercio augmentatiue: vbi ſciendũ ſcd̃ʒ Ariſto. ij. de aĩa poñe vegetatiue duo ſunt actus p̃ncipales ſcʒ gñare ⁊ alimento vti: alimento aũt vti ꝯtingit dupliciter: vno mõ ad reſtitutioneʒ deꝑditi: ⁊ hoc mõ ꝑtinet ad nutritiuã. alio mõ vt alimenti plus cõuertatur in ſubſtantiã aliti q̃ʒ fuit deꝑditũ. ⁊ ſic ꝑtinet ad augmentatiuam. P̃mũ itaq; autor circa nutritiuã tãgit tria. primo q̃ nutrire ſiue alimento vti. conuertendo ſcʒ ipm̃ in ſbaʒ nutriti eſt actus nutritiue. ſcd̃o q̃ hec potentia data eſt viuenti ad ꝯſeruationem ipſius indiuidui: ⁊ hec duo puto eſſe manifeſta ex precedentibus: tercio ponit quatuor eius ꝑtes: prima eſt attractiua nutrimenti ad loca digeſtionis

Quatuor ꝑtes nutritie.

ſcd̃a eſt digeſtiua que virtute caloris naturalis alimentũ digerit ſeparando purum ab impuro. tercia eſt retentiua alimenti puri: quarta eſt expulſiua impuri ⁊ ſupflui. Sunt autẽ quatuor ſedes predictaꝝ quatuor ꝑtiũ ſeu

potentiaꝝ nutritiue ſcḋʒ quatuoꝛ loca digeſtionū alimenti. Pro quo ſcien
dum ꝙ alimentū antequā ꝯuertit̃ in ſubſtantiā aliti quatuoꝛ digeſtiōibus Quatuoꝛ di
decoquit̃. prima digeſtio eſt in ſtomacho vbi ipurū ſepatū expellitur ad in geſtiōes.
teſtina: ⁊ tandē eijcit̃ ꝑ egeſtionē. Alimentū vero purū aſſumit formā chi
li ⁊ trahitur ad epar vbi fit ſcḋa digeſtio per quā impurū ſeparatū expellit̃
ad veſicam ⁊ dꝛ vrina. Ex alimento vero puro generant̃ quatuoꝛ humoꝛes
ſcʒ ſanguinis flegma colera ⁊ melancolia. De quibꝰ ⁊ eoꝝ receptaculis di
ctū eſt in tractatu precedenti circa illū textū (humiditas eſt cauſa groſſici
ei) Sanguis aūt ſic in epate genitus mittit̃ ad coꝛ: vbi ſcḋʒ Ariſto. fit tercia
digeſtio ꝑ quā ſepatur puriſſimus ſanguis qui mittit̃ ad mēbra ſupioꝛa a
lenda vt caput: ex quo etiā generant̃ ſpūs ſenſitiui in oꝛganis ſenſuū: ille āt
ſanguis qui relinquit̃ groſſioꝛ deſcendit ad ꝑtes inferioꝛes nutriendas. Vl
tima digeſtio nutriendi eſt in ipſa parte viuentis in quā tranſmutādū eſt ali
mentū ſic vltimo digeſtū: ⁊ impurū ꝯuertit̃ in pilos aut expellit̃ ꝑ ſudoꝛes
purū vero alimentū tranſmutat̃ in quatuoꝛ humiditates ſcḋas que dicūt̃ Quatuoꝛ hu
ros: cambiū: gluten: ⁊ nomē nō habens: ⁊ tandē in ſbāʒ viuentis: ⁊ ſi tale a miditates ſe
limētū ſic vltimate digeſtū fuerit ſupfluū: hoc eſt in maioꝛi quātitate quāʒ cunde
ſbe viuentis opus eſt: mittit̃ ſupfluū ad vaſa ſeminaria ⁊ fit ex eo ſemē quo
rū vlterioꝛ ⁊ latioꝛ declaratio ad medicos ꝑtinet qui hanc materiā latiſſi
me examinant circa ꝑmā ꝑmi capitulo de virtutibus naturalibus. Ultimo
ſciendū circa predicta: ꝙ virtus attractiua iuuat̃ caliditate: retentiua ſicci
tate: digeſtiua caliditate ⁊ humiditate: expulſiua humiditate. Ex omibꝰ ita
ꝙ̄ p̄dictis pʒ ꝙ nutritio ꝓpꝛie dicta ē ꝯuerſio nutrimēti i ſbāʒ nutriti ſcḋʒ ſin
gulas eius partes ſaltem foꝛmales ſeu notabiles: vt dictū eſt in preceden
ti tractatu capitulo de augmentatiōe: ⁊ talis nutritio ē opatio anime: ⁊ idō Nutritionis
ſolū ꝯuenit animatis: ex quo patet ꝙ ignis nō dicit̃ ꝓpꝛie nutriri oleo vel d.uiſio.
ꝯbuſtibilibus. ⁊c. ¶ Poſtea autoꝛ de generatiua ſpecialiter tractans duo
dicit. Primo ꝙ generare eſt ꝓpꝛius actus generatiue. Scḋo oſtēdit qua
litatem illius actus. ⁊ quibus ꝯuenit viuētibus: ⁊ ꝓpter quē finē: dicens: ꝙ
gn̄are eſt opus naturaliſſimū. hoc eſt maxie ꝯueniēs nature viuentiū: ⁊ con
uenit viuētibus ſolū in etate ꝑfecta: ꝑ qḋ excludūt̃ pueri ⁊ multū ſenes q̄
bꝰ nō ꝯuenit gn̄are vt ān̄tea dictū ē. Jtē nō oꝛbatis: i. nō deficiētibus nec vici
atis i mēbꝛis genitalibus: Jtē ſolis his que nō hn̄t gn̄ationē ſpōtaneā. i. q̄
nō a ſola v̄tute celeſti gn̄ant̃ ſpōte ſine ſemine ⁊ ſine gn̄ante ꝑticulari vt ſūt
vermes ⁊ q̄dā alia viuētia q̄ gn̄ant̃ ex putrefactiōe vel aliquo alio mō a gn̄a
nte equiuoco: hoc ē alterius ſpēi q̄ʒ ſit ipm̄ genitū: puta v̄tute celeſti. Jllis itaqꝫ
ſol̄ viuētibꝰ ꝯuenit actus gn̄atiue: que ſunt etate ꝑfecta nō oꝛbata nec vicia Quibus cō
ta aliq̄bꝰ mēbꝛis ad actū gn̄andi reqſitis: ⁊ q̄ gn̄ant̃ ſcḋm ꝓpagationē ſeu uenit actus
mediātē ſeīe: a gn̄ante vniuoco: vt ꝑticipēt eē diuino ⁊ imoꝛtali ſʒ ꝙ pn̄t generatiue.
hoc. i. vl nāʒ q̄ʒ in ſuo idiuiduo ꝯſuare ꝑpetuo nō pn̄t: cū ſint coꝛruptibilia

ſaltem eādē ꝯſeruēt in alio ſibi ſili ſcdꝫ ſpēz. Et ideo ſupra dictū eſt ꝙ finis gñatiue eſt ꝯſeruatio ſpēi. Ex quibus ꝯcludit ꝙ gñatio vniuoca que fit mediāte ſemine ab ipſo gñante deciſo eſt opus poñe vegetatiue: ⁊ ſolū inuenit in rebus aiatis: dr aūt vniuoca ⁊ que fit mediāte ſemine q̄a gñatio equiuoca ⁊ illa que fit ſine ſemine ꝯuenit etiā rebus inanimatis: vt patuit in pmo tractatu capitulo de cauſa efficiēte. Ultimo autor oñdit actū poñe augmētatiue eſſe augmētare ſeu ꝓducere viuens ad determinatam ſibi a natura quātitatē. Hic aūt ſermo eſt de augmētatiōe ꝓprie dicta de qua abūde dictū eſt in ꝓcedenti tractatu. ¶ Addit etiā hic ꝙ oīm a natura ꝯſtantiū ⁊c.

Quod naturalia ſunt determinata ad maximum ⁊ minimum

Circa qd ꝯſiderandū eſt ꝙ naturalia pñt ꝯſiderari dupliciter: vno mō ſunt quāta ꝯtinua: ⁊ ſic licet in eis dat maximū: non tñ dat minimū. Sicut eñ numerus ꝑ additionē creſcit in infinitū: ita ꝯtinuū ꝑ diuiſionē minuit in infinitū. vt dictū eſt in primo tractatu capi. de motu: alio mō naturalia ꝯſiderant in quātū ſunt naturalia. ⁊ ſic ꝯſiderata ſunt duplicia: quedā eñ ſunt etrogenea: ⁊ de his eſt manifeſtū ꝙ ſunt determinata ad maximū ⁊ ad minimū: optet eñ vt habeāt ptes diuerſarꝫ rationū ſeu formarꝫ que non pñt ſaluari ſub quacūqꝫ indifferēter quātitate. Alia ſunt hōgenea: ⁊ de his Sco v. metaph. q. ix. tenet: ꝙ in ipſis nō eſt dare minimū exñs: licet ſit dare minimū ꝑ ſe ſbſiſtēs. Nō pmi q̄a quocūqꝫ hōgeneo dato pōt dari minus cū ſit diuiſibile ſicut ⁊ ꝯtinuū. Nō ſcdi q̄a pōt dari ita paruū homogeneum puta caro vel ſanguis qd ſi vltra diuidat nō poterit ꝑ ſe ſubſiſtere in ſua natura. ſed mutabit in naturā ꝯtinentis puta aque vel aeris circūſtātis: vt dt phūs in ſenſu ⁊ ſenſato. Ad autoritatē vero Ariſtotilis ex ſcdo de aīa hic in textu poſitā dicit ꝙ ibi Ariſto. loquit de quātitate naturali augmētabilis ⁊ diminuibilis q̄a illa quātitas cuicūqꝫ naturali eſt determinata in maiꝰ ⁊ minus loquēdo de illa quantitate in qua naturaliter ꝓducit. vñ etiā dicit primo phiſicorꝫ ꝙ naturalia ſunt determinata ad maximū ⁊ ad minimū. Uide plura aput Scotū. in locis prealegatis. Et quomō reſpondendū ſit ad alias autoritates Ariſtotilis ꝓbantes minimū in naturalibus: Ex omnibus igitur predictis ꝯpatꝫ que ſint ꝓprie operatiōes potentiarꝫ vegetatiuarꝫ per quas ipſe diſtinguunt abinuicē. ¶ Potētie eñ diſtinguunt ꝑ actus: ⁊ actꝰ ꝑ obiecta. vt dicitur ſcdo de anima qd intelligēdū eſt ſcdꝫ. Sco. q. xiij. quolt nō tanq̄ꝫ per formalia diſtinctiua earꝫ: q̄a talis diſtinctio in omībus rebus fit per differentias eſſentiales aut ſaltē per modos intrinſecos. Sꝫ hec diſtinctio potentiarꝫ per actus vel actuū per obiecta datur tanq̄ꝫ per aliqua extrinſeca ⁊ que ſunt nobis noctiora.]

Quod poñe diſtinguunt ꝑ actus vel obiecta.

Potentie aīe ſenſibilis quedaꝫ ſunt apprehenſiue: quedam motiue: ⁊ differt poña ſenſitiua a vegeta-

tiua: quia ſenſitiua fit cū cognitiōe: ⁊ etiā ī aliqua ſeparatione a re apprehenſa: vnibilis ei mediāte medio: vt patet in viſu apprehendēte colorē qui eſt in diſtantia ab organo videndi: vnit aūt mediāte luce: ⁊ nō recipit color in oculū ſed ſpēs coloris: ſed ī vegetabili ꝯiungit poña cū ſuo obiecto vt nutritiua cū cibo.

¶ Quarta pars ꝑncipalis huius tractatus de poñtijs ſenſitiuis habet quatuor ꝑticulas. In prima ponit duas diuiſiones poñaꝝ ſenſitiuaꝝ: inter ponēs duas dr̄ñtias poñe ſenſitiue a vegetatiua. In ſcd̄a de poñtijs ſenſitiuis exterioribus. In tercia de poñtijs ſenſitiuis interioribus. In quarta de poñtijs motiuis. Primo itaqꝫ ponit ꝑma diuiſio poñe ſenſitiue in apprehenſiuā ſeu cognitiuā: ⁊ in motiuā ſeu appetitiuā: que licet nō ſit cognitiua tñ preſupponit cognitiuam: ⁊ ideo eiuſdē anime eſt poña cū cognitiua vt infra loco ſuo dicet. ¶ Poſtea ſubdit autor duas dr̄ñtias ſenſitiue a vegetatiua: prima quia om̄is poña ſēſitiua fit cū cognitiōe; vegetatiua nō; ſed eſt naturalis tm̄. Scd̄a quia in opatiōe potentiaꝝ ſenſitiuaꝝ obiectū ſenſibile circa qd̄ opat nō ꝯiūgit organo ſenſitiuo immediate: ſenſibile eīm poſitū ſupra ſenſum nō facit ſenſacionē. ſed ſꝫ inter ſenſibile ⁊ ſenſum debet eſſe aliqd̄ mediū ꝑ qd̄ ſenſibile imprimit ſuā ſpeciē ſenſitiuo. Sed poña vegetatiua ꝯiūgit realiter ſuo obiecto cū opatur circa illud vt nutritiua cibo. Pōt addi ⁊ alie dr̄ñtie q̄a ſenſitiua ſolis ineſt aīalibus: vegetatiua aūt ineſt animalibus ⁊ plantis. Itē quia poña ſenſitiua eſt paſſiua reſpectu ſui obiecti: viſus eīm nō agit in colorē ſed patitur a colore: licet reſpectu ſue opatiōis nō ſolū ſe habeat paſſiue ſed etiā actiue vt ſupra dictū eſt. Sed poña vegetatiua eſt actiua reſpectu ſui obiecti vt iā patuit.

Dr̄ñtie inter vegetatiuā ⁊ ſenſitiuam.

Apprehēſiuarū quedā ſunt deintus: quedā deforis Apprehenſiue deforis dicūt que rē de foris apprehendūt in materia ſubiecta ⁊ pñti: apprehenſiue deintus dicūt q̄ hoc qd̄ apꝑhendūt deintus eſt.

# De potentia apprehenſiua.

Dr̃ntie īter ſenſus exteriores ⁊ interiores.

¶ Ponit̃ ſcd̃a diuiſio q̄ ſubdiuidit̃ alterū mēbrū prioris diuiſionis vꝫ potētia apprehenſiua in apprehenſiuā deintus ⁊ defoꝛis. hoc eſt in ſenſuꝫ interioꝛē ⁊ exterioꝛē. ⁊ tangit duas dr̃ntias inter membra diuidētia: pꝛima q̄ cognitio ſenſuū exterioꝝ cauſat̃ imediate a re extra vt eſt pn̄s ⁊ exiſtēs in ſua ꝓpꝛia exiſtentia ⁊ ideo cognitio eoꝝ eſt intuitiua. Sed cognitio ſenſuū interioꝝ nō ſolū cauſat̃ a re ſic pn̄te de foꝛis: ſed etiā a ſpē rei ſenſibilis ī ipſo ſenſu exterioꝛi exiſtēte: ⁊ ideo cognoſcūt res nō ſolū quando ſunt pn̄tes in ſua exiſtentia ſed etiā abſentes dūmō ſpēs eaꝝ ſit in ſenſu. Ex quo patet ꝙ habent cognitionē nō ſolū intuitiuā ſed etiā abſtractiuā: Scd̃a dr̃ntia q̄ ſequit̃ ex pꝛima ⁊ ſolū innuit̃ in textu quia cognitio ſenſuū interioꝝ pꝛeſuppo͂nit cognitionē ſenſuū exterioꝝ. hec aūt nullā pꝛeſupponit ſed eſt pꝛima in gn̄e cognitionū. Ex his dr̃ntijs patet ratio ꝓpter quā aliqui ſenſus dicunt̃ exterioꝛes ⁊ aliqui interioꝛes. quia ſcꝫ cognitio ſenſuū exterioꝝ cauſat̃ immediate ab obiecto vt habet eſſe extra in materia: interioꝝ vero ſenſuū cognitio pōt cauſari a ſpecie intus in ſenſibus exiſtente que ſupplet vicē obiecti abſentis. Alia etiā cauſa ſolet cōiter aſſignari quia oꝛgana ſenſuū interioꝝ ſunt intra coꝛpꝰ: exterioꝝ vero in exterioꝛi pte coꝛpis: ſed hec cauſa eſt falſa de ſenſibus exterioꝛibus. patebit cū dicemus de oꝛganis ſinguloꝝ ſēſuū:

Cur quidaꝫ ſenſus dicūt̃ exterioꝛes q̄dā interioꝛes.

Circa pꝛedicta notandū eſt ꝙ cognitio intuitiua ⁊ abſtractiua nō differunt niſi ꝑ rōes foꝛmales motiuas potentie: quia in cognitiōe intuitiua res vt eſt pꝛeſens in ſua ꝓpꝛia exiſtentia eſt ꝑ ſe motiua pot̃e ad cauſandū cognitionē: Sed in cognitiōe abſtractiua ꝑ ſe motiuū ad cauſandū illā cognitionē eſt ſpēs que eſt naturalis ſimilitudo rei repꝛeſentatiua eiuſdē. Et ideo licet ſint de eodē obiecto tn̄ differūt abinuicē ſpecie ꝓpter diuerſas rationes motiuas hic ⁊ ibi. Et hoc vult Sco. xiij. q. q. Ex hoc ſequitur. ꝙ ſpēs ſenſibilis nullā habet actiuitatē reſpectu ſenſatiōis ſenſuū exterioꝝ ſed illa ſenſatio cauſat̃ immediate ab obiecto ⁊ a potētia: requirit̃ tn̄ ad illā ſenſationeꝫ ſpecies tanq̄ꝫ pꝛimus effectus ad aliū effectū. nam obiectū nūq̄ꝫ cauſaret ſenſationem niſi pꝛius cauſauerit ſpeciē: ſicut ignis nō ꝯbureret niſi pꝛius calefaceret. licet calefactio nō habet ſe actiue reſpectu ꝯbuſtionis ſed ſolum diſpoſitiue: ⁊ hoc videtur etiā Sco: ſentire diſ. ix. ij. rn̄dendo ad queſitiōes.

Cognitiōis intuitiue et abſtractiue differentia.

Ad quid req̄rit̃ ſpēs ſenſibilis in ſenſatione:

Apprehenſiue de foꝛis ſunt quinq̄ꝫ ſpēs: ſcꝫ ꝙ ſūt quinq̄ꝫ ſenſus exterioꝛes: qui ꝯueniūt in hoc ꝙ oēs ſunt paſſiue potē: ꝓpter qd̄ obiecta eoꝝ paſſibiles qualitates dicuntur.

¶ Scḋa particula in qua autor determinat de ſenſibus exterioribus: p̄mo generaliter: ſcḋo de vnoquoq; ſpecialiter. Circa primũ tria facit primo poſito numero ſenſuũ exteriorꝝ oñdit eoſdẽ in hoc cõuenire quia ſunt paſſiue potentie: qḋ põt dupliciter intelligi. vno mõ reſpectu obiecti ⁊ ſic eſt veruꝫ ſimpliciter. nihil eñ agũt ſenſus in ſua obiecta ſed ab eis patiũt̃ ⁊ alterãt̃ de potentia ſentiendi in actũ. Et ideo qualitates ſenſibiles que ſunt obiecta ſenſuũ vocant̃ ab Ariſto. in predicamẽtis paſſibiles qualitates: ꝓpter hoc. ſcꝫ quia inferũt paſſionem in ſenſibus. alio mõ reſpectu ſenſationis quaꝫ licet ſenſus effectiue ꝓducat cũ obiecto vt dictũ eſt. tñ quia ſenſus dicit̃ ſentire nõ ideo quia ꝓducit ſenſationem ſed quia eam recipit: ſentire eñ eſt quoddam pati hoc eſt recipere ſenſationẽ. ideo Ariſto. qui loquitur de ſenſibus in quãtũ ipis formaliter ſentimus: dr̄ eos eſſe poñas paſſiuas. De quo plura dximus circa primã diuiſionẽ poñaꝝ anime.

Quõ oẽs ſenſus ſunt poñe paſſiue

**Nota ad hoc ꝙ ſenſus actu ſentiat quatuor requirũt̃ duo ex ꝑte animalis ſcꝫ ſpũs ⁊ organũ: ⁊ duo ex ꝑte extrinſeci ſcꝫ obiectũ ⁊ mediũ. Vñ in abſtractõne: forma obiecti: primo eſt in medio: ſcḋo in organo: tercio in ſpiritu: ⁊ poſt hoc in ſenſu conmuni.**

¶ Scḋo oñdit ꝙ vltra animã ⁊ potentiã ſenſitiuam quatuor requirũt̃ ad ſenſationẽ: Primo organum hoc eſt pars corpis deputata ad certã operationẽ: ſcḋo ſpiritus ſenſitiu⁹ qui eſt quoddã corpus diaphanũ cum quo vis ſenſitiua a cerebro ꝑ neruos defert̃ ad organa ſentiendi: terciũ eſt obiectuꝫ ſenſibile: ⁊ quartũ mediũ. quia vt dr̄ Ariſto: ſenſibile poſitũ ſupra ſenſuꝫ nõ facit ſenſationẽ. ⁊ ideo requirit̃ mediũ īter ſenſuꝫ. i. organũ ⁊ ſenſibile. hoc aũt mediũ in guſtũ ⁊ tactu eſt intrinſecũ ſcꝫ caro in alijs aũt tribus eſt extrinſecũ vt aer vel aqua ſicut dicit̃ in loco ſuo. hec aũt quatuor hic enumerata requirũt̃ ad actũ ſentiendi ſimpliciter. Sed vt ſenſus ſenciendo nõ erret: tria requirũt̃. primo debita diſpoſitio organi: defectu cuius lingua febricitantis que eſt amaris humoribus infecta iudicat oĩa eſſe amara. ſilr̃ cũ pueri in eodẽ loco pluries ⁊ velociter circũuoluũt̃ putãt oĩa circulariter moueri: ⁊ ſilr̃ ebrij q̃a ſcꝫ talis eſt motus in ſenſitiuis coꝝ Nihil eñ differt ſenſitiua aut ſenſibilia moueri. vt dr̄ Ariſto. in li. de ſen. ⁊ ſen. exẽplificat de nauigãtib⁹ velociter circa ripã: qb⁹ videt̃ arbores cũ ripa moueri: q̃a ipi mouẽt̃. Propter eãdẽ cauſaꝫ vnũ qḋ tãgit̃ digitis trãſpoſitis videt̃ tactui duo ⁊ ocul⁹ euerſus digito a ſitu ſuo naturali: oĩa q̄ videt iudicat gẽina.

Quatuor requirũt̃ ad ſẽciendum

Ne ſenſus erret tria requiruntur.

Scđo requirit debita diſpoſitio medij. defectu cuius in tenebꝛis nihil vide
mus: ⁊ clarū viſum ꝑ nigrū apparet rubeū. vt patet de flamma viſa ꝑ fumū
groſſum: ⁊ de ſole viſo ꝑ caligine obſcurā: ꝓpter hoc etiā viſus quāto videt
rem ꝑ mediū groſſius tanto maioꝛē eādē iudicat. vt patet de lapide viſo in
aere ⁊ in aqua. Siŀr viſus baculū cuius vna ꝑs eſt in aqua ⁊ alia in aere in
dicat fractū. ⁊ multis alijs mōis errat ſcđꝫ variationē medij. Tercio requi
rit debita diſtantia obiecti: defectu cuius ſol qui eſt maioꝛ ꝙ̄ tota terra vi-
det bipedalis. ſemꝑ eñ res quāto videt a maioꝛi diſtātia tanto apparet mi
noꝛ. Cuius rō eſt ꝗa viſio fit ꝑ modū priamidalis figure. cuius conus eſt in
oculo ⁊ baſis in re viſa: ⁊ ideo quāto plus vel minus res eſt elongata: tanto
conus piramidis ꝑ quā videt eſt magis vel minus accutus ⁊cꝫ. Poſtea
autoꝛ cū đt (vñ in abſtractiōe ⁊c) Infert ꝑ modū coꝛrolarij modū ⁊ oꝛdinē
ſcđꝫ quē multiplicat ſpēs ſenſibilis quā vocat foꝛmā. nō eſt aūt imaginan
dū ꝙ eadē numero ſpēs que pꝛimo eſt in medio poſtea ꝑ abſtractionē eſſꝫ
in oꝛgano ⁊ tandē ipa eadē numero manēs ſucceſſiue moueret vſqꝫ ad itel
lectū. Sed iſta abſtractio ſeu multiplicatio ſpēi eſt ſiŀis multiplicatiōi illa-
rū rotulaꝝ que gñant in aqua ab aliquo coꝛꝑe cadente in aquā. vt đt Ariſt
in libꝛo de ſomno ⁊ vigilia. Sicut igit ille rotule in aqua ſucceſſiue multi-
plicate nō ſunt eadē numero. ſic neqꝫ ſpēs que eſt in medio eſt eadē nume
ro cū illa que ē in oꝛgano ſenſus exterioꝛis vel interioꝛis: vñ Sco. in ij. diſ.
ij. q. x. in fine nō eſt inquit vna ſpēs in ſenſu imaginatiōe ⁊ intellectu ſed a-
lia ⁊ alia: nec ex hoc ſolū ꝙ eſt in ſbiecto immaterialioꝛi repñtat vniuerſali-
quia ſi ꝑ impoſſibile illa ſpēs que eſt in ſenſu eſſet in fantaſia ⁊ illa que ē in
fantaſia eſſet in intellecto nō repꝛeſentaret perfectius.

Quare res viſa ꝑ maioꝛē diſtantiaꝫ videt minoꝛ.

Qđ nō eadē ſpēs obiecti recipit in ſenſum que fiūt in medio:

Itē ſenſuū duo ſunt magis neceſſarij ſcꝫ guſtus ad
diſcernēdū cibū bonū a malo: ⁊ tactus ad diſcernē
dū ea que coꝛrūpūt coꝛꝑs exterius: ideo natura oꝛ
dinauit illis mediū intrinſecū: ne exꝑte medij eſſet
defectus: alij tres ſunt de bñ eſſe: ideo talibus me-
diū nō eſt innatū.

Duo ſenſus neceſſarij oī animali.

¶ Tercio ⁊ vltimo ponit đriñtia inter ſenſus ex-
terioꝛes accepta ex ſcđo ⁊ tercio de anima ⁊ đ ſē
ſu ⁊ ſenſato. Et vult ꝙ ſolū duo ſenſus ſunt ita neceſſarij animali ꝙ ſine eis
impoſſibile eſt eſſe animal ſcꝫ guſtus ꝑ quē diſcernit extrinſeca coꝛrūpētia
vt eſt exceſſus calidi ⁊ frigidi ⁊cꝫ. nociuis: ⁊ ꝓpter hāc neceſſitatē natura
oꝛdinauit his ſenſibus mediū innatū ſeu intrinſecū ꝑ qđ ſenciūt ſcꝫ carnem

ne ꝓpter indiſpoſitionē medij impediat̄ ab opatiōibus ita neceſſarijs vitē a nimaliū: Reliqui vero tres ſenſus ſcʒ viſus auditus ⁊ odoꝛatus qui inueni unt̄ in ſolis aialibus ꝑfectis (que ſcʒ mouēt̄ motu pꝛogreſſiuo) ſunt de bene eſſe vt ſcʒ a longe pꝛecognoſcāt ꝯuenientia ⁊ nociua. Et in hoibus vltra hoc ſunt cauſa diſcipline. multū em̄ nos adiuuāt ſenſus ⁊ maxie viſus ⁊ audit⁹ in acquiſitiōe ſcientiaꝝ: vt dꝛ in ꝓhemio metaphi. ⁊ in ſen. ⁊ ſen. ꝓpter hoc itaqꝫ quia hij tres ſenſus nō ſimpliciter neceſſarij ſunt aiali: q̄a pōt ſine eis eſſe: natura minus de ipis ſollicita nō dedit eis mediū innatū ſeu intrinſecum ſed opant̄ opatiōes ſuas ꝑ mediū extrinſecum.

Quare q̄daʒ ſenſus ſenciunt ꝑ mediū intraneū q̄dā ꝑ extraneum

Obiectū viſus eſt viſibile. Ad viſionē aūt requirit̄ mediū illuminatū. Uñ lux dꝛ put eſt in ſubiecto qđ eſt coꝛꝑs luminoſum. Jn diaphano vero vel tranſparēte vocat̄ lumē: ſʒ ī terſo ⁊ dēſo vocat̄ ſplendoꝛ radius autem ſuper lucem addit directionem quia radius eſt lux directa. Medium viſus eſt tranſparens illuminatū oꝛganū aūt eſt oculus ad quem venit neruus obticus pꝛotenſus a cerebꝛo vſqꝫ ad pupillam. Et deinde ſpiritus viſibilis qui eſt incluſus in neruo recipit coloꝛis ſpecieʒ ab humoꝛe criſtallino qui eſt in pupilla: ⁊ defert eā vſqꝫ ad ſenſum cōeʒ

Quō coloꝛ ē obiectū adequatū viſus

¶ Hic autoꝛ in ſpeciali incipit determinare de ſingulis ſenſibus exterioꝛibus. ⁊ pꝛio đ viſu: cui⁹ pꝛio oñdit obiectū eē viſibile ſeu coloꝛē accipiēdo coloꝛē gñaliter vt ſe etiā extēdit ad lucē ⁊ lumē: quō etiā accipit̄ ab Ariſto. i li de ſen. ⁊ ſen. cū đt: oīa coꝛꝑa coloꝛe ꝑticipāt: Scđo đt mediū ꝑ qđ fit viſio eē diaphanū ſeu trāſparēs vel ꝑſpicuū q̄ oīa ſunt idē. qđ dꝛ eē illuminatū. ad hoc em̄ vt coloꝛ videat̄ non ſolū opꝫ coloꝛē eſſe illuminatū ſed etiā aliquo mō mediū. pꝛimū patet quia coloꝛ nō illuminatus nō eſt viſibilis poña ꝓpinqua. vt vult hic Ariſto. ⁊ Sco. xv. q. q. Uñ etiā dꝛ ꝙ lumē ſit foꝛmale co

Utrū lumen requirit̄ ꝓpt̄ mediū vel coloꝛem.

Quō lumen dꝛ foꝛmale coloꝛis.

loris qđ nō eſt verū de colore abſolute ita vt in colore ſint duo ſcʒ pſpicuū vt materiale: ⁊ lumē vt formale cū color ſit qualitas. ſcđa realiter inherēs corpi terminato ſiue illumineť ſiue nō: ſed quia color ſine lumine ſolū ē viſibilis poña remota. illuminatus vero eſt viſibilis actu ſeu in poña ꝓpiqua Nā ſcđʒ Cōmē. iij. de aia Cōmē. v. lux facit colorē q̄ eſt in poña eſſe in actu ita ꝙ poſſit mouere diaphanū: ex quibus verbis Cōmē. patet ꝙ lumē facit colores eſſe in actu: nō primo ſed ſcđo: hoc eſt facit eos eſſe actu viſibiles. ꝙ aūt ad viſionē requiriť mediū illuminatū patet ꝑ Cōmē: ibidē dicentem ꝙ diaphanū nō moueť a colore neqꝫ recipit ipm niſi qn̄ lucet: hoc eſt quādo fuerit illuminatū: cū de rōe coloris eſt vt dr̄ Ariſto. ij. de aia: ⁊ de ſen. ⁊ ſen. ꝙ ſit motiuus diaphani ſcđʒ actū diaphanū aūt non eſt in actu niſi ꝑ lumen vt patet de aere qui nō eſt tranſparēs niſi illumineť. Vñ diaphaneitas

Diaphaneitas.

eſt quedā ꝓprietas tranſparēdi: ⁊ inueniť principaliter in corpibus celeſtibus preter aſtra, ſcđo in igne qui eſt in ꝓpria ſpera. tercio in aere: quarto in aqua: vltimo in quibuſdā mixtis vt criſtallo vitro ⁊c. Et quia facta eſt mentio de lumine. ideo autor incidētaliter ponit drñtiā inter lucē lumē ſplendorem ⁊ radiū que ſtat in hoc: quia lux habet eſſe fixū in lucente ſicut color in corpe colorato: lumē vero eſt in diaphano quaſi ſpēs vel repreſentatio lucis: multiplicata a luce ſicut ſpēs coloris multiplicať a colore. Vñ lumen nō habet ita eſſe fixū in diaphano ſicut lux in lucēte vel color in corpe: quod patet ex hoc quia moto localiter diaphano nō moueť lumē cū eo. Splendor eſt in corpe denſo ⁊ bñ polito ſeu terſo. Radius vero eſt lumē multiplicatū immediate a luce. Et tale lumē dr̄ primariū. Nā eſt aliud lumē ſecūdariū qđ multiplicať ab ipo lumine primario ſeu radioſo: quale eſt in vmbra: in hoc em̄ diſtinguiť vmbra a tenebra quia tenebra eſt priuatio luminis tam primarij q̄ꝫ ſecūdarij. vmbra vero ē priuatio luminis primarij tātū. De his vide pulchre ſcribentē Sco. xiij. diſ. ij. ⁊ diuiſionē radij in rectū fractū ⁊ reflexū. Deinde autor oñdit oculū eſſe organū viſus. Circa ꝙ ſciēdū ſcđʒ Sco. iij. diſ. j. q. iiij. ꝙ licet oculus nō ſit verū organū viſus tñ quia eſt ꝓximū vero organo: ideo dr̄ eſſe organū: vñ ⁊ Ariſto. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato dicit ſenſitiuū anime nō eſt in vltimo oculi ſed manifeſtū qm̄ interius quem textū exponēs ſanctus Thomas dicit: ꝙ organū viſus eſt iuxta cerebrū vbi cōiūguntť duo nerui obtici ex oculis ꝓcedentes. Et paulo poſt Ariſto. ibidē pupillā oculi vocat lampadem per quā lumen exterius (id eſt ſpēs rei viſibilis) venit ad organū ſenſitiuū: ⁊ ideo quando vulneratis circa tpa preciduntť nerui obtici: nō pōt lumen exterius peruenire vſqꝫ ad organum verum viſus ⁊ accidit cecitas. Vltimo eſt ꝯſiderandū ꝙ oculus ē cōpoſitus ex tribus humoribus qui ſunt criſtallinus albugineus ⁊ vitreus: ⁊ ex ſeptem tunicis ſeu pelliculis que illos humores circumdant: quoꝝ declaratio ſpecialis queratur in anatomia oculi apud medicos; vel in cōi pe

Drñtia iter lucē lumē ſplendorē ⁊ radium.

Lumen duplex.

Drñt vmbre ⁊ tenebre.

De organo viſus.

Cōpoſitio oculi.

ſpectiua. Nam ⁊ ibi pulchre tractatur compoſitio oculi.

Proprium obiectum auditus eſt ſonus qui fit in aere ⁊ ex colliſione duoꝝ corpꝝ fortiter adinuicem concuſſoꝝ violenter ⁊ velociter: cuius mediū ē aer cōtinuatus aeri poſito intra concauitatem auris instrumentū auditus eſt timpanū auris: ad quod dirigitur neruus ꝓtenſus a cerebro continens ſpiritū audibilem: echo eſt ſonus ſecundario reflexus ꝓpter aliquod obſtaculum: ſed vox eſt ſonus cauſatus ex repcuſſiōe aeris inſpirati ab anima aduocalem arteriam cū imagine ſignificādi.

¶ Autor d: terminans d auditu quatuor facit. Primo oſtendēs ſonū eſſe obiectū auditus adequatū ponit ipſius ſoni diffinitionē. in qua tangit modū generationis eiuſdē. Et poteſt ſic breuiter declarari. Nam cum dicitur (qui fit in aere( tangitur ſubiectū ſoni ⁊ in illo relatiuo qui intelligit genus ſoni qd eſt qualitas ſenſibilis. Deinde per hoc qd additur (duoꝝ corpoꝝ (ſ. percucientis ⁊ percuſſi: tangit cauſa effectiua ſoni. qualia aūt debent eſſe corpora cauſantia ſonum circa Sūmulas petri hiſpani ſolet declarari ideo hic trāſeo ſilētio. Scd̄o autor oſtēdit ꝙ aer extrinſecus continuatus a loco percuſſionis vſq ad aerē cōnatū que eſt intra aurem: eſt mediū auditus q̇a ꝑ ipm̄ ſonus multiplicatur orbicularitur vſq ad organū auditus eo mō quo dicit ꝑ ſimile de rotulis in aqua: ⁊ nō debet intelligi ꝙ tm̄ aer ſit mediū auditus Nā ſcd̄z Ariſto. vide anima etiā audimus in aqua minus tn̄ ꝙ in aere. Tercio aūt ꝙ organū auditus eſt timpanū auris. i. aer a natura inſitus auri. clauſus quedā pellicula que miringa d̄r. vn̄ organū auditus attribuit aeri ſicut organū viſus aq̄ olfactus igni: guſtus terre: nō ꝙ in compoſitione organi ſolū intret vnū elemētū q̇a organū cuiuſlibet ſenſus eſt mixtū ex omnibus elementis ſed hoc intelligēdū eſt ſcd̄z dominiū vel quādā appropriatione. Quarto diffinit duas ſpēs ſoni: quaꝝ prima eſt echo q̇ eſt ſonus reflexus ꝓpter aliqd̄ obſtaculū a quo reuerberat ſonꝰ i aere multiplicatus: ſicut em̄ rotule facte in aq̄ ex lapidis

Declaratio diffinitiōis ſoni.

Mediū auditus.

Organū auditus.

Echo.

piectiõe ſi repcutiat ab aliquo corpe oppoſito reflectũt quodãmõ ad ſuũ principiũ: ita ſonus in aere multiplicatus ſi in multiplicatiõe ſua repcutiat ad aliqd corps obiectũ: redit ad ſuũ principiũ: hec autem repcuſſio ſoni fit maxie a corpe ↄcavo: ⁊ quanto a ꝓpinquiori repcutit tanto fortiꝰ repcutit Sicut eñ in aqua circa locũ pcuſſionis ſunt rotule pue ⁊ motus fortis. et quantũ plus recedũt tanto ſunt rotule maiores ſed ſemp motus in eis eſt debilior vſq ad defectũ: ita multiplicatio orbicularis ſoni in ꝓximo eſt fortior: ideo etiã ſonus clarius audit: in remotis vero debilior ⁊ obſcurius audit. donec illa multiplicatio deficiat. Ultimo autor ponit diffinitionẽ vocis

Declaratio diffinitionis vocis.

In qua primo ponit ſonus gñatus ex repcuſſiõe aeris inſpirati: ⁊ loco huiꝰ Ariſto. ij. de aia ponit repercuſſio: ſed tũc nõ eſt predicatio formalis ſeu qditatiua ſed cauſalis. vox eñ cũ ſit qualitas nõ eſt formaliter repcuſſio ſed ſonus gñatus ex repcuſſiõe. ⁊ addit aeris inſpirati: vbi tangit cauſa materialis ſeu ſubiectũ vocis. Natura eñ vtit aere inſpirato: primo ad refrigerationẽ cordis qd eſt mẽbrũ calidiſſimũ in animali: ſcdo ad formationẽ vocis. Poſtea tangit cauſa efficiẽs illius repercuſſiõis cũ dr facta ab anima Inſtrumentũ aũt quo attrahitur ⁊ expellitur aer ẽ pulmo. Ex quo patet ꝙ ſola animalia pulmonẽ habẽtia (quibus ſolis etiã ↄuenit reſpiratio) poſſũt formare voces. repcuſſio aũt aeris cauſans vocẽ fit ad vocalẽ arterẽã. Sũt eñ due vie ſiue meatus in gula hoc eſt anteriori pte colli. vna eſt ampla p quã cibus ingredit in ſtomachũ: ⁊ vocat a medicis meri vel iſophagus. Alia eſt arta p quã aer ad pulmonẽ inſpirat ⁊ expellitur ⁊ dr vocalis ſeu ſonans arteria. Ultimo tangit cauſa finalis cũ ſubiũgit (cũ imagine ſignificãdi) ⁊ hoc vel naturaliter vel ad placitum.

**Obiectũ olfactus eſt odor reſolutus p calorem a re odorifera: cuius mediũ eſt aer vel aqua Organum autẽ ipſius ſunt due carnũcule protẽſe a cerebro ſimiles duobus capitibus mamillarũ p quas venit ſpiritus odorabilis.**

¶ Determinãs autor de tercio ſenſu exteriori ſcʒ olfactu tria facit: primo oñdit ꝙ odor reſolutus a re odorifera p calorẽ eſt obiectũ ꝓpriũ olfactus. ꝙ aũt reſolutio odoris fiat p calorẽ: patet quia reſolutio odoris nõ fit ſine fumali euaporatiõe: fumalis vero euaporatio fit p calorẽ: cuius ẽ dilatare ⁊ reſoluere. vñ ſicut frigiditas impedit reſolutionẽ odorũ ⁊ reſolutos odores extinguit. ita caliditas illã reſolutionẽ ꝓmouet. Et hec eſt cauſa: quare cloace ⁊ alia loca fetida minus in hyeme ꝙ in eſtate fetent. Sũt aũt odores duplices ſe-

Obiectũ olfactus.

cūdū Ariſto. in de ſen. ⁊ ſen. quidā em̄ ſunt delectabiles ꝑ ſe: ⁊ quidā ꝑ accidēs. Odores delectabiles ꝑ ſe ſunt qui equaliter delectāt eſuriētes ⁊ repletos: ſicut ſunt odores florū: ⁊ hij ſunt ꝓprij hoīm vt eoꝝ caliditate temperet̄ frigiditas cerebri. Illi vero odores ſunt delectabiles ſcd̄m accn̄s q̄ nō ſcd̄z ſe ſed rōe nutrimēti cuius ſunt paſſio delectationē afferunt: vt ſunt odores ciboꝝ. qui delectāt ſolū eſuriētes ⁊ non repletos ⁊ tales odores ſūt cōes hoībus cū multis alijs aīalibus Scd̄o autor oñdit mediū olfactus eē aerē vel aquā: aīalia em̄ reſpirantia ſentiūt odores in aere: piſces vero in aqua a longe adorāt alimētū. Ultimo oñdit organū odoratus nō eſſe naſum (quia naſo absciſo olfactus nō ammittit̄) ſed duas carnūculas intra craneū in ↄcauitate emūctorij nariū. Et quia hō ſcd̄z ꝓportionē quātitatis ſui corporis habet cerebrū maximū inter oīa aīalia. ideo ꝓpter ꝓpinquitatem organi odoratus ad cerebrū hō habet prauū odoratū. Nā frigiditate cerebri organū adorādi (qd̄ debet eſſe poña calidū) maxie indiſponit̄ in hoībus ⁊ nō immutat̄ niſi a magnis odoribus. Dedit aūt natura homini maximū cerebrū ꝓpter duo. primo vt liberius in eo pficerēt̄ oꝑatiōes interioꝝ virtū ſenſitiuaꝝ que ſunt neceſſarie ad intellectus oꝑationē. Scd̄o vt frigiditas cerebri tparet calorē cordis. quē neceſſe eſt in hoīe abundare ad hoc vt hō ſit recte ſtature. vt dt̄ Ariſto. in libro de ſomnio ⁊ vigilia. Ex hoc etiam patet quare in hoībus reumata multa fluāt a cerebro. Nā vapores virtute caloris eleuati a nutrimento vſq; ad caput ꝓpter magnitudinē cerebri frigidi: cito ingroſſant̄ ⁊ deſcēdentes multas faciunt reumaticas infirmitates. Ideo etiā in adiutoriū ſanitatis ↄtra magnā frigiditatē cerebri dati ſunt a natura hoībus ⁊ nō alijs aīalibus odores florū ⁊ aromatū quoꝝ caliditate (illa frigiditas temperet̄

Duplices odores.

Mediū olfactus.

Organū olfactus.

Quare hō prauū habet olfactum.

Quare hō habet maximū cerebrum.

**Obiectū guſtus eſt ſapor. Cuius mediū ē duplex. ſ. itrinſecum vt caro poroſa ī ſupficie lingue que reddit saporē ſpiritui qui eſt in neruo interiori. Sz extrinſecum medium eſt humiditas ſaliualis**

Autor circa guſtū breuiſſime tāgit tria ſicut fecit ⁊ circa alios ſenſus pmo dt̄ obiectū guſtus eſſe saporem: quem ſic diffinit Ariſtoteles in libro de ſenſu ⁊ ſenſato. Sapor eſt paſſio humidi facta a ſicco mediāte calido alteratiua guſtus de potentia ad actum. In qua diffinitiōe primo tangit genus cū dicitur paſſio: ſignificans qualitatem ſenſibilem de tercia ſpecie qualitatis. ſcd̄o cum additur humidi tangitur propriū ſubiectum saporis. Naz ſicut odor magis ſequitur ſiccum. ſic sapor humidū: tercio cū dicitur facta a ſic-

Saporis diuiſio.

Mediū guſtus

co ⁊c. tangiť cauſa effectiua: ſiccū eñ terreſtre alteratū a calido eſt cauſa effectiua ſaporis: vltimo tangiť cauſa finalis cū dř alteratiua guſtus. ⁊c. Secūdo autor oñdit ꝙ mediū guſtus id eſt virtutis perceptiue ſapoꝝ eſt duplex: quoddā eſt intrinſecū qđ ſcʒ eſt pars ipius animalis vt eſt caro lingue aliud extrinſecū quod ſcʒ nō eſt pars animalis ſed eſt de natura alicuius elementi vt eſt humiditas ſaluialis. Nā cū humiditate ſaluiali ſapor defertur per carnem lingue poroſam vſq; ad neruū intrinſecū lingue in quo neruo eſt virtus perceptiua saporū. ⁊ ibi tangitur terciū ſcʒ organū guſtus quod eſt neruus intrinſecus lingue ⁊ nō tota lingua.

Organū guſtus

Tactus vero poteſt nominari ab eo qđ tangit ⁊ ſētit: ⁊ ſic eſt vnus ſenſus Cuius obiectū eſt tangibile. vel ab hijs que ſentiūtur: ⁊ ſic ſunt quattuor ſenſus. Apprehendit eñ calidū ⁊ frigidum: ſcđo humidū ⁊ ſiccū tertio aſpeꝝ ⁊ leue: quarto graue ⁊ leue. cuius organū eſt neruus expanſus ꝑ totum corpus in animali. Et eius medium eſt caro.

¶ Circa vltimū ſenſum exteriorē autor quatuor facit. ꝑmo oñdit ꝙ tactus denoiatus a potentia que ſentit vel ab organo per quod vt inſtrumētū potentia ſentit eſt vnus ſenſus. Si vero tactus denoiať ab his que ſentiunť ⁊ ſic nō eſt vnus: quilibet eñ vnus ſenſus tantū vnā ꝯtrarietatem ſentit (vt dř Ariſto. ij. de anima) contrarietates aūt tangibiles id eſt que tactu percipiunť ſunt ſeptē ſcđʒ Ariſto. ij. de generatiōe: licet hic ſolū quatuor enumerāť. prima ē calidi cū frigido: ſcđa ſicci cū humido: tercia aſperi cū leui: quarta grauis cū leui: quinta ſubtilis cū groſſo. ſexta mollis cū duro. ſeptima lubrici cū arido. oēs tñ he ꝯtrarietates tangibiliū reducūť ad primas duas que ſunt inter quatuor qualitates primas vt dř Ariſto. ibidē. ⁊ ideo tactus ad minus eſt ſenſus duaꝝ ꝯtrarietatū. Ad clarioꝛē intellectionē huius diſtinctiōis de vnitate tactus. Notande ſunt due diſtinctiōis quaꝝ prima ē hec. Tactus poteſt capi tripliciter. vno mō ꝑ poña tactiua: ſcđo ꝑ organo ipius poñe. ⁊ his duobus modis tact⁹ eſt vnus ſenſus: tercio mō pōt tactus accipi ꝑ diſpoſitiōe qualitatiua ſcđʒ quā organū tactus eſt in poña vel diſpoſitū ad recipiēdū plures ꝯtrarietates tangibiliū: ⁊ ſic nō eſt vnus ſenſus ſed adminus duo: ſicut ſunt due contrarietates primaꝝ qualitatū que ſunt prima tāgibilia. Scđa diſtinctio vni

Quod tactus eſt vnus ſenſus.

Septē cōtrarietates tangibilium.

Acceptiōes tactus.

tas ſenſus poteſt eſſe duplex vna intrinſeca ⁊ entitatiua ſeu formalis quaſ ſcȝ habet a ſua ꝓpria entitate: quālibet eī̄ entitatē ↄ̄ſeq̄t̃ ꝓpria vnitas vt iā ſepius dictū eſt: ⁊ ſic tactus eſt vnus ſenſus. Alia eſt extrinſeca ⁊ obiectiua q̄ȝ hȝ ſenſus ex hoc ꝙ ordinat̃ ad vnū vel ad plura obiecta. ⁊ tali vnitate tactus nō eſt vnus ſenſus: quia naturaliter ordinat̃ ⁊ diſpoſitus eſt ad ꝑcipiē da multa obiecta que nō pñt reduci ad vnam ↄ̄trarietatem vt iā patuit. Et ex his iā patet ſcd̄m: circa tactū conſiderandū ſcȝ ꝙ obiectū tactus eſt qualitas tangibilis: tangibiles aūt qualitates ſunt quatuordecim facientes ſeptē contrarietates vt dictū eſt: reducunt̃ tñ ad quatuor primas qualitates ſcȝ calidū frigidū ſiccū ⁊ humidū. tercio oſtendit ꝙ organū tactus eſt neruūs a cerebro egrediens extenſus ꝑ totū corpus: quarto ponit ꝙ medium tactus eſt caro totius corpis.

**Senſibilia cōmunia ſunt quinqȝ ſcȝ motus: quies: numerus figura: ⁊ magnitudo. que dicūt̃ cōmunia: quia a pluribus ſenſibus particularibus ſenciunt̃ Itē excellens ſenſibile corrumpit ſenſuȝ quia organū debet eſſe in quadam ꝓportione media. Itē ſenſibile poſitum ſupra ſenſum nō facit ſenſationem.**

¶ Autor infine circa ſenſus exteriores ponit tria. Notabilia: in primo enumerat q̄nqȝ ſēſibilia cōia: ⁊ ſubiūgit ꝙ dicūt̃ ſēſibilia cōia q̄a ſēciūt̃ a pluribꝰ ſēſibꝰ ꝑticularibꝰ ſeu exterioribꝰ vt a viſu ⁊ tactu. Ex quo ſeq̄t̃ ꝙ nō ideo dicūt̃ ſenſibilia cōmunia quia ſenciāt̃ a ſenſu cō̄i: quia hoc etiā ↄ̄uenit ſenſibilibus ꝓprijs: nec etiā ideo ꝙ ab omnibus ſenſibus exterioribꝰ ſed ſufficit ꝙ a pluribus. Circa ꝙ notabile ↄ̄ſiderandū eſt ꝙ ſenſibile. i. id qđ cognoſcit̃ a ſenſu eſt duplex ſcđȝ Ariſto. ij. de aīa ſcȝ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs: ſenſibile ꝑ ſe eſt qđ immutat ſenſum ꝑ ſpēȝ ꝓpriā: ⁊ illud eſt duplex ſcȝ ꝓpriū ⁊ cōe: ꝓpriū eſt qđ ab vno ſolo ſenſu ꝑ ſe cognoſcit̃: vt color eſt obiectū ꝓpriū viſus: ⁊ ſonꝰ auditus. ⁊c. vt iā patuit. ſenſibile cōe ē qđ a pluribus ſenſibus cognoſcitur ⁊ talia ſunt quinqȝ vt patet in textu. Sēſibile ꝑ accñs eſt qđ cognoſcit̃ a ſēſu nō ꝑ ſpēȝ ꝓpriā ſed ꝑ ſpēȝ alterius: ⁊ illud eſt triplex qđdā eī̄ ſentit̃ per ſpeciē ſui effectus: vt cāpana audit̃ ꝑ ſonū. ſcđo aliq̄d ſentit̃ ꝑ accñs q̄a ſentit̃ ꝑ ſpēȝ ſui accñtis vt hō̄ videt̃ ꝑ figurā ⁊ coloreȝ. tercio aliq̄d đr ſenſibile ꝑ accñs quia cognoſcit̃ ꝑ priuationē ſenſibilis ꝑ ſe: vt tenebre videt̃ ꝑ accidens ſcȝ ꝑ̄uationē luminis; ⁊ ſilentiū audit̃ ꝑ ꝑ̄uationē ſoni. vt etiam tangit

Cur motus. quies. ⁊c. dicūt̃ ſenſibilia conmunia.

Sēſibilis diſtinctio.

Cur excellēs ſenſibile corrūpit ſenſuꝫ.

Scō. in ij. metaphi. q. iij. Poſtea autor in notabili ſcđo ⁊ tercio pōnit duas ꝓprietates ſenſus i ordine ad ſenſibile. prima eſt hec ſenſibile excellēs corrūpit ſenſum. cuius rōēꝫ ſubiūgit quia ſenſus eſt poña organica: ita ꝙ non eſt aliquid preciſe ipius aīe ſed eſt vel forma totius ipſius organi. cōpoſiti ex anima vt eſt principiū talis opatiōis ⁊ ex pte corpis: vel eſt aliquid cōñs illam formā totius: vt dr Sco. q. viij. q. Sed organū debet habere tale cōtēparamētū primaꝝ qualitatū vt ſit capax ſpecieꝝ ſui ſenſibilis hmōi autē cōtempamētū corrūpit ab excellenti ſenſibili ſicut cōſonātia cordaꝝ corrūpit pcuſſis fortiter cordis. ergo ⁊ ſenſus qui nō pōt cōſeruari ſine illo temparamēto Nō ſolū aūt ſenſus corrūpit ab excellenti ſenſibili ſed etiā a quocūq; ſi exceſſerit tpus in quo natū eſt opari. vt dr Ariſto. in li. d ſom. ⁊ vigi Cuiuſlibet eñ virtutis naturalis determinatū ē opus ſcđꝫ naturā. ⁊ idō neceſſe ē talē virtutē deficere qñ exceſſerit opando tpus in quo natū eſt opari vel qñ opat excellentiorē opationē ꝙ̄ ꝓportio ſue virtutis requirit. ſicut ſi viſus videat aut excellentius viſibile puta lucē ſolis: aut ꝓportionabile ſed longiori tpe quā ſit a natura determinatū: neceſſe eſt talē viſum deficere ⁊ corrūpi.

Quare itellectus nō corrumpit ab excellenti intelligibili.

Ex hoc patet differentia inter ſenſum ⁊ intellectū quā ponit Ariſt iij. de aīa: ſenſus eñ corrūpit ab excellēti ſenſibili. qđ ſoluit illā mediā ꝓportionē in qua cōſiſtit bona diſpoſitio organi. Intellectus vero q̄a nō habet organū nō corrūpit ad excellenti intelligibili: ſed magis pficit: Et ideo intellectus intelligēs excellēs intelligibile nō minus ymo clarius pōt intelligere parū. Nō ſic eſt de ſenſu. Nā viſus qui intuebat excellens viſibile cōuerſus ad minora viſibilia nō poteſt ea videre. In vltimo notabili ponit ſcđa ꝓprietates ⁊ eſt hec ſenſibile poſitū ſupra ſenſuꝫ nō facit ſenſationē: vt color poſitus ſupra oculū nō pōt videri. ⁊c ij. vñ circa quēlibet ſenſum dictū eſt eius mediū per qđ ſenſibile vnit ſenſui. Declaratio aūt hui⁹ ꝓprietatis patet ex his que dicta ſunt circa drñtias īter poñam ſenſitiuā ⁊ vegetatiuaꝫ ⁊ iterū alibi.

## Poñtie apprehenſiue deintus ſunt qnq; ſcꝫ ſenſus cōis: imaginatio: formatiua ſiue fātaſia: eſtimatiua: ⁊ memoratiua.

In hac tercia pticula autor determinans de ſenſibus interioribus duo facit. pmō enumerat qnq; ſenſus interiores. ſcđo determinat de vnoquoq; in ſpeciali.

Ariſto. poſitio.

Circa primū eſt ſciendū ꝙ de numero ſenſuū interiorū diſcordat Ariſto. ab Auicen. Ariſto. eñ ſolū ponit vnū ſenſuꝫ interiorē ſcꝫ ſenſuꝫ cōeꝫ cuius organū dr in li. de ſom. ⁊ vigilia eſſe cor: fantaſiā vero ⁊ memoriā etiā ponit. nō tñ tāq̄ poñas ſed vt aliq̄d ad ſenſuꝫ cōeꝫ ptinēs: vt patet ex diffinitiōe fantaſie quā ponit ſcđo de aīa: ⁊ ex diffinitiōe memorie quam ponit in libro de memoria ⁊ reminiſcentia: que diffinitiones locis ſuis dicentur ⁊ declarabuntur.

Auicenna aūt in ſexto naturaliū (quē hic noſter autor ſequit) ponit quinqȝ ſenſus interiores ⁊ organa eoꝝ in cerebro. Situs aūt ⁊ diſtinctio organoꝝ oīm ſenſuū interioꝝ ſic colligi: ex dictis Auicenne vj. naturaliū: ⁊ ſcda fen primi canonis doctrina ſexta capitulo de virtutibus aialibus ꝯprehendē-tibus. Cerebrū eñ diuidit in duas ptes ſcȝ in anteriorē que eſt maior. et poſteriorē que eſt minor. Et in pte anteriori ſunt duo ventriculi vnus altior alio ⁊ añ aliū. In quoꝝ primo eſt ſenſus cōis ad quē velut ad centrū ꝯcur-rūt omēs nerui ab organis ſenſuū exterioꝝ. In ſcdo ventriculo eiuſdē ptis anterioris cerebri eſt imaginatio: in pte aūt cerebri poſteriori eſt tantū vn⁹ ventriculus in quo eſt vis memoratiua. Inter iſtas duas ptes eſt vnus vē-triculus medius. habens duas ptes vnā ſupiorē ⁊ aliā inferiorē: ita ꝙ vna ē poſita ſupra aliā. In inferiori igit pte ventriculi medij ē cogitatiua ſeu fan-taſia in ſupiori aūt pte eiuſdē ventriculi eſt eſtimatiua: ſanctus autē Tho-mas in prima pte. q. lxxviij. articulo iiij. nō ponit fantaſiam diſtinctā ab alijs Ideo ſolū ponit quatuor ſenſus interiores quoꝝ duo ſcȝ ſenſus cōis ⁊ eſti-matiua ſunt poñe apprehenſiue: ⁊ reliq̄ due ſolū retentiue. ita ꝙ imagi-natio ſit thezaurus ſpecieꝝ ſenſibiliū que cognoſcūt a ſenſu cōi. ⁊ vis me-moratiua ſit thezaur⁹ ſpecieꝝ nō ſenſibiliū ſed elicitaꝝ ex ſenſibilib⁹ ꝑ eſti-matiuā.

Situs ⁊ diſtinctio ſenſuū interiorum.

S. Thome poſitio

Senſus cōis eſt vis apprehenſiua omniū obiectoꝝ ſenſuū pticulariū ꝑ omēs differentias omniū ſenſa-toꝝ: qui ſe habet ad ſenſus exteriores ſicut centrū in circulo ad circūferētiā: quia ſpecies omniū ſen-ſibiliū exterioꝝ veniūt ad ſenſum cōem. cuius tres ſunt actus: primus eſt ꝯuertere ſe ſuꝑ actus ptícu-lariū ſenſuū: ⁊ ſic dicit video me videre: ſcdus ē po-nere differentiā inter obiecta ptículariū ſenſuū: et ſic dicit albū nō eſt dulce: tercius eſt apprehendere rē in loco in quo nō eſt ſed erit: ⁊ ſic apprehēdit ſtil-lam directe cadentē ſuꝑ terrā quaſi lineā ꝯtinuā.

## De ſenſu interiori.

¶ Hic autor ſpẽaliter de quolibet quinqꝫ ſenſuũ interioꝝ determinat: Et principaliter de ſenſu cõi. vbi tria facit: primo eũ diffinit: ſcḋo ad ſenſus exteriores ꝯparat. tercio tres eius actus ponit: que omnia patent in textu. Ad quoꝝ clarioꝝ intelligentiã ꝯſiderendũ eſt ꝙ exteriores ſenſus dicũt ꝑticulares: ⁊ iſte primus ſenſus interior dr̃ cõis nõ cõitate predicatiõis: qa ſenſus cõis de nullo ſenſu exteriori predicari põt: ſed dr̃ cõis: primo ideo qa eſt origo omniũ ſenſuũ exterioꝝ: a ſenſu em̃ cõi oriũt omnia organa ſenſuũ exterioꝝ: ſicut plures linee oriũt ex vno cẽtro circuli: ⁊ ido ſenſus cõis ab Ariſt. ſolet appellari primũ ſẽſitiuũ Scḋa qa ipe indicat de obiectis ⁊ de actibus omniũ ſenſuũ exterioꝝ. ⁊ ideo oia ſenſibilia cognoſcit q̃ cognoſcũt a ſẽſibus exterioribus. differenter tñ cũ ſenſibus exterioribus quia ſenſus exteriores cognoſcũt ſenſibilia ſolũ cognitione intuitiua hoc eſt ſolũ tũc qñ obijciũt ſenſui exiſtentia ⁊ preſentia vel breui tpe poſt: vt illis ſenſibus quoꝝ ſenſibilia multiplicãt ſuas ſpecies cũ motu locali vel ſucceſſiue: ſed ſenſus cõis cognoſcit rẽ etiã in eius abſentia. dũmõ habeat ſpẽm eius apud ſe vt ꝯtingit in ſomnis. Nã ſomniũ eſt paſſio primi ſenſiui ſeu ſenſus cõis vt dr̃ Ariſto. in li. de ſomno ⁊ vigilia. ⁊ tangit in textu ſequenti.

Cur primus ſenſus interior dr̃ cõis. ⁊ exteriores ꝑticulares ſẽſus.

Imaginatio eſt ſenſibiliũ ꝓprietatũ obiecto abſẽte ꝑceptio: ⁊ differt a ſenſu cõi quia ſenſus cõis indiget pñtia obiectoꝝ rei: niſi in ſomnis: imaginatiũa ꝟo nõ. Itẽ ſenſus cõis nõ ſeruat idolũ ſiue ſpẽz receptam ab obiecto in abſentia: ſed imaginatio ſeruat eã vſqꝫ abſtractionẽ q̃ fit ꝑ itellectũ agentẽ

¶ Determinat de ſcḋo ſenſu interiori ſcꝫ de imaginatiõe. circa quã duo facit. primo ponit eius diffinitionẽ. Circa qḋ eſt ꝯſiderandũ ꝙ imaginatio nõ capitur hic ꝓ actu potẽe imaginatiue: ſed ꝓ quadam potẽa ſenſitiua interiori cuius officiũ ſcḋꝫ Auicenna eſt naturaliũ: parte quarta cap. pmo eſt retinere illud qḋ ſibi tradit̃ a ſenſu cõi. retinet em̃ ſpẽs illoꝝ que cognoſcuntur tam a ſenſibus exterioribus quã a ſenſu cõi: non tñ cognoſcit ſicut ſenſus cõis aut ſenſus exteriores. ex quo ſequit̃ ꝙ ꝑceptio in diffinitiõe imaginatiõis idẽ eſt ꝙ potẽa receptiua ⁊ retentiua ⁊ non cognitiua: ſenſibiliũ ꝓprietatũ. i. fantaſmatũ ſeu ſpecieꝝ ſenſibiliũ: abſente obiecto. i. in abſentia rei ſenſibilis. Ex qua diffinitiõe patet ꝙ imaginatio eſt quaſi thezaurus ſpecierũ ſenſibiliũ. Poſtea autor ſubiũgit duas differentias inter imaginationẽ

Officiũ imaginatiõis.

⁊ ſenſū cōez: ꝑma drñtia quia ſenſus cōis cognoſcit ſingula ſenſibilia mediantibus ſenſibus exterioribus quoꝝ ſunt illa propria ſenſibilia cognoſcit em̄ colorē ꝑ viſum: ſonū ꝑ auditū. ⁊c. ut dt Ariſto. in li. d̄ ſen. ⁊ ſen. ꝓpe finē. Et ideo ſicut ſenſus exteriores indigent preſentia obiecti ita ⁊ ſenſus cōis. Et hoc verū eſt in vigilia. Nā in ſomnis ſpēs reſeruate in imaginatōe redeūt ad ſenſum cōez. ⁊ ſenſus cōis ita ꝑ ſpēs illas cognoſcit res quarum ſunt ſpecies quaſi tūc primū eſſent recepte per ſenſus exteriores a reb9 ꝑſentibus: ⁊ ideo tūc ꝯtingit ſomniū. Scda differentia quia ſenſus cōis nō retinet apud ſe ſpeciē ſenſibilem niſi dū actu cognoſcit ꝑ ipſam vel breui tēpore poſt: ſi fuerit fortis impſſio ⁊ quia in ſomno occurrūt alia ⁊ alia idola ſeu fantaſmata ſenſui cōi ideo aliud ⁊ aliud videmus ꝑ ſomniū: ⁊ eodē ordine cognoſcunt quo veniūt ad ſenſum cōez. Imaginatio vero ſeruat fantaſma longo tp̄e. a quo fantaſmate poſtea abſtrahit ſpecies intelligibilis ꝑ intellectum agentem: ſic intelligendo hanc abſtractionē ꝙ intellect9 agēs ꝯcurrens cū fantaſmate: tanꝙ due cauſe ꝑtiales cauſant effectiue ſpeciem in intellectu poſſibil: ſicut lumen dicit abſtrahere ſpeciē coloris a colore: quia ſcʒ lumen ꝯcurrens cū colore ſicut due cauſe partiales cauſant ſpeciē viſibilem in diaphano. Nā ſicut ſe habet lumen ad colores: ita intellectus agens ad fantaſmata: vt dt Cōmē. iij: de anima. cōmē. v.

Quō intellectus agens abſtrahit ſpeciem a fātaſmate.

Formatiua eſt potentia cōponens ſpeciē cū ſpecie ⁊ facit mirabilia mōſtra ſcʒ chimeras: que ab aliis etiā vocat fantaſia. Diffinit aūt ſic fantaſia ē motus factus a ſenſibus qui ſunt extra: vnde ⁊ fantaſia dicitur apparitio ſiue viſio.

¶ Determinat de tercio ſenſu exteriori ſcʒ d̄ potētia formatiua. ⁊ duo facit ꝑmo eā diffinit ſcdo nomē ei9 aliud declarat. Ad quoꝝ declaratiōnē ſciēdū ꝙ officiū formatiue vt dt Auicē. ē facere ꝯpōez inter ea q̄ ꝯſuāt i imaginatione hoc ē ꝯponere ſpēʒ cū alia ſpē: vt etiā dr in eius diffinitiōe poſita in textu Et ꝑ hanc poñaʒ poſſumus facere varia mouſtra ꝯponendo aliqua que i re nunꝙ ſunt ꝯpoſita. cū em̄ habemus in imaginatiōe ſpeciem ſolis ⁊ viridis ſeorſum ꝯponendo ea adinuicez cognoſcim9 viridez ſolez ex cogitās aureū montez ꝯponendo ſpēʒ auri cū ſpē mōtis: ſilir chimerā ꝯponendo incōpoſſibilia adinuicez. nā chimera fingit ex capite leōis vētre capre cauda ſpētis

Officiū formatiue.

Poſtea autōr dicit ꝙ iſte ſenſus ab alijs vocať fantaſia: vt ab Egidio romano: vñ in iiij.quoli.q.xx.dt ꝙ fantaſia plus pōt duabus potētijs premiſſ'sq̄a nō ſolū ſpēʒ recipit qđ facit ſenſus cōis. ⁊ retinet ꝙ facit imaginatiua: ſed etiā ꝯponit vnā ſpeciē cū alia. ſanctus vero Thomas pᵉ j.q.lxxviij. articulo vltimo fantaſia non diſtinguit ab imaginatione. ⁊ eiuſdem opiniōis videť eſſe Sco.in j.metaph.q.iij.⁊ in iiij.ſen.diſ.x.q.vij.de actiōe immanente vbi dt: ꝙ imaginatio ē motus factus a ſenſu ſcđʒ actū et hec eadā eſt diffinitio fantaſie. vt patet ij.de aīa: ⁊ hic etiā poniť in textu: p hāc aūt diffinitōnē diffiniť fantaſia ſcđʒ intentionē Ariſto: nō ꝓ potētia q̄a vt dictū ē. Ariſto.ſolū vnicū poſuit ſenſuʒ interiorē ſcʒ ſenſuʒ cōeʒ ſed ꝓ aparitiōe fantaſmatuʒ in ſenſu interiori. Nā fantaſma eſt ſpēs ſenſibilis recepta in ſenſus interiores ⁊ motus ſeu apītio illius fantaſmatis in ſenſibus interioribus dr fantaſia. fantaſia em̄ dr quaſi apītio vel viſio vt hic poniť in textu ij.de aīa. Ex his patet ſenſus diffinitiōis fantaſie que ſic exponiť. fantaſia eſt motus factus. ſcʒ in ſenſu cōi ſcđʒ Ariſto. vel ſcđm alios in virtute formatiua: a ſenſu ſcđʒ actū: vel ſcđʒ textū autoris a ſenſibus qui ſunt extra quoniā ſenſibili ſpēs nō mouet ſenſum interiorē niſi prius imutato fuiſſet in ſenſu exteriori.

*Expoſitū diffinitiōis fantaſie*

**Eſtimatiua que ⁊ cogitatiua dr. cuius officiū eſt elicere intentiōes nō ſenſatas ex ſenſatis vt intentionē amicicie ⁊ inimicicie: ⁊ p iſtā potētiaʒ ouis iudicat lupū eſſe inimicū.**

Notificat autor quartū ſenſuʒ interiorē. pmo eius ponēs duo noīa quoꝝ pⁱmū eſt eſtimatiua ſcđʒ cogitatiua. ⁊ ſcđʒ Cōmē. ſic diſtinguūť noīa huius potētie: vt cogitatiua ſit in hoībus: eſtimatiua vero in brutis. licet ſcđʒ Auicē. tercius ſenſus quē dixit autor formatiuā dicať virtus cogitatiua: ſcđo poniť officiū ſeu actus eſtimatiue qui eſt vt ex ſpeciebus ſenſatis. i. his que cadunt ſub apprehēſiōe alicuius ſenſus exterioris quaſi p ſuffoſſionē eliciat intentiones nō ſenſatas. i. ea que nūq̄ʒ ceciderūt ſub apprehenſiōe alicuius ſenſus exterioris vt ouis ex figura colore motu ⁊ voce lupi que ſunt ſpēs ſenſate: elicit ſpēʒ inimicicie que eſt intentio nō ſenſata: ⁊ ſilr ex voce matris elicit ſpēʒ amicicie. Sco.tñ in iij.diſ.j.q.j.dt falſuʒ eſſe ꝙ ouis ex ſpēbus ſenſatis eliceret intentiōes nō ſenſatas: ſi placet lege ibi

*Quō differūt cogitatiua ⁊ eſtimatiua*

*officiū eſtimatiue.*

**Memoratiua dr eſſe potētia recipiēs intētiōes ⁊ eas ꝯſeruās: vñ ⁊ thezaurus intētionū dr. Cuius actus eſt memoratio vel memorari: vñ p ea que aduertit:**

¶ Determinat autor memorat̃ ea que prius aduerterat de vltimo ſenſu interio-
riori ſcʒ de virtute memoratiua quā primo diffinit: ſcd̕o eius actum oñdit
Circa qd̕ ꝯſiderandū eſt primo ꝙ memoria in hoībus eſt duplex: quedam
eſt intellectiua de qua loco ſuo dicet̃: ⁊ quedā ſenſitiua de qua nūc agitur.
Senſitiua memoria pōt capi dupliciter: vno mō ꝓ actu memorādi: ⁊ ſic d̕
memoria loquit̃ Ariſto. in li. de memoria ⁊ reminiſcētia: vbi vult diffinien
do memoriā ꝙ memoria nihil aliud ſit q̃ʒ retentio habitualis cognitiōis ſē
ſitiue vel intellectiue: cū factū fuerit aliqd̕ tp̄us. vltimā ptē diffinitionis de-
clarans Ariſto. ibidē dr̕. ꝙ illius qd̕ nūc cognoſcimus nō eſt memoria. naʒ
ſenſus eſt p̄ſītis ⁊ ſpes futuri pti vero memoria. ⁊ ideo ſemꝑ memoria eſt
poſt tp̄us: qd̕ debet eſſe mediū inter cognitionē cuius eſt memoria ⁊ ipaʒ
memoriā. ⁊ hoc etiā pulchre declarat Sco. in iiij. diſ. xlij. dicēs ꝙ ad hoc ꝙ
memoremur requirit̃ ꝙ aliquis actus humanus ſit p̄teritus: qui q̇dē act-
humanus cū obiecto eius eſt totale obiectū memorie. ſolum em̄ memora
mur id qd̕ prius ſenſimus aut intellexímus. Ex quo ſequit̃ ꝙ memoria ha
bet duplex obiectū partiale: vnū ꝓpinquū. ⁊ illud eſt cognitio preterita: et
ſic verū eſt ꝙ memoria ſemꝑ eſt preteritoꝝ: aliud eſt obiectū remotū ⁊ eſt
illud de quo fuit cognitio preterita que eſt obiectū primū memorie. ⁊ ſic
memoria pōt eſſe p̄ſītis: nā res dudū a nobis cognita pōt adhuc eſſe p̄ſs.
vt hec noſtra domus. Differt aūt memoria a reminiſcentia ſcd̕ʒ Ariſto. q̇a
memoria eſt retentio habitualis noticie: reminiſcētia vero reſumptio noti-
cie oblite ꝑ aliqd̕ principiū in memoria retentū. vñ nō idē hoīes ſunt bene
memoratiui ⁊ reminiſcitiui ſed vt frequēter ſunt tardi igenio bñ memorati
ui: veloces autem ingenio ⁊ bene diſcentes ſunt bene reminiſcitiui Itē dif
ferunt quia om̄ia aīalia que ſenciunt tempus habeāt memoriā: ⁊ ꝑ eandē
poñaʒ memorant̃ ꝑ quā cognoſcūt tp̄us. Reminiſcentiā vero ſolū hō ha-
bet inter aīalia. Ex quibus om̄ibus patet q̇d ſit memoria accepta pro actu
memorandi. Alio mō capit̃ memoria ꝓ poña memoratiua. Et de memori
a ſic accepta loquit̃ hic autor. cuius officiū ſcd̕ʒ Auicen. vi. naturaliū. li. pri
capi. vi. Eſt retinere ea que apprehenſa ſunt ꝑ eſtimatiuā. vñ ſic ſe habet ad
eſtimatiuā ſicut imaginatio ad ſenſuʒ cōeʒ ſicut em̄ ea que apprehendūtur
a ſenſu cōi nō retinēt̃ ab eodē ſenſu cōi niſi quā diu eſt in actu ſenciēdi. ima
ginatio aūt illa retinet ⁊ ꝯſeruat Ita vis memoratiua retinet ⁊ ꝯſeruat ea
que in eſtimatiua nō remanet niſi quā diu eſt in actu ſenciendi: Ex quo pa-
tet ꝙ ſicut imaginatio eſt teſaurus ſpecieꝝ ſenſatarū ita vis memoratiua ē
teſaurus intentionū ſcʒ ſpēꝝ nō ſenſataꝝ: quas eſtimatiua elicit ex ſpēbus
ſenſatis. Ex hoc pōt haberi ſenſus clarus diffinitiōis memoratiue virtutis
in qua dr̕ ꝙ ē poña recipiēs intētiōes. i. ſpēs nō ſenſatas ⁊ eas ꝯſeruās. pa
tet etiā corrolariū qd̕ ex diffinitiōe infert̃ vcʒ ꝙ memoratiua eſt teſaurus in
tentionū. Poſtea autor oñdit ꝙ actus memoratiui virtutis eſt memorari

Duplex memoria.

Memorie diffinitio.

De obiecto memorie.

Dr̃ñtia iter memoriam reminiſcētiā

Officiū memorie.

Expoſicio diffinitionis memorie.

Poſtea autor oñdit ꝙ actus memoratiui virtutis ē memorari: de quo iã copioſe dictũ eſt in priori acceptiõe memorie. Ultimo autor oñdit modũ memorandi ꝙ ex his que nũc cognoſcimus memoramur ſilia his que prius cognoueramus.

Uirtus motiua eſt duplex: quedaꝫ eſt motiua motu
naturali: que mouet nõ ſcd̃m apprehenſioneꝫ: nec ē
ſubiecta imperio ratiõis qualis eſt virtus vitalis
ſiue pulſatiua: eſt aũt hec vis in corde ſicut in orga
no: ⁊ eſt vis ꝑ inſpirationē ⁊ reſpirationē: principi
um exiſtens temperãtie caloris cordis ⁊ corꝑis: cui
us ꝯſideratio ſpectat ad phiſicũ: Ubi nota qd̃ cuꝫ
virtutes aĩales intendunť naturales remittũť: vt
patet in hoĩe dormiẽte vel ſtudẽte. Alia eſt motiua
motu aĩali: cuiꝰ actus ſubeſt rõi q̃ vocať appetitiã
ſiue deſideratiua: q̃ a theologis vocať ſenſualitas
q̃ ē duplex ſcꝫ imperãs ⁊ ĩperata. Impata ē duplex
ſcꝫ iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis. Cõcupiſcibilis ē ap-
petitiua boni delectabilis. ſed iraſcibilis ē appeti
tiua boni ardui expediẽtis. Ex quibus duabꝰ oriũť
quatuor affectus ſcꝫ gaudiũ: ſpes: dolor: ⁊ timor: ĩ-
ꝑata eſt virtus ſita in neruis ⁊ mẽbris officialibuſ
ꝯtrahẽs ſe ad mutũ ĩpãtiũ vt pꝫ ĩ ſẽſibꝰ exterioribꝰ

Diuiſio potentie motiue.

Hec eſt quarta ⁊ vltima ꝑticula ꝑtinens ad poñas ſenſitiuas in qua autor

determinat de poťa motiuā ſiſ ⁊ appetitiua. ⁊ ponit tres diuiſiones poťe
motiue quaꝝ prima eſt hec poťaꝝ motiuaꝝ quedā in animali mouet mo-
tu naturali. hoc eſt tali motu q̄ nō ſeqt̄ cognitionē nec in hoib⁹ pōt mode-
rari aliquo imperio rōis. Alia eſt que motu mouet aiali .i. tali motu q̄ ꝓſup
ponit cognitionē ⁊ pōt moderari imperio rōis: ⁊ dr̄ appetitiua ſeu ſenſua
litas. Ad declarationē hui⁹ ꝑme diuiſionis. ꝯſiderādū eſt primo ſcd̄z me
dicos triplicē eſſe virtutē in aiali: prima eſt virtus vitalis ꝑ quā membra
viuūt: ⁊ origo e⁹ eſt cor: cui deſeruiūt arterie a corde ꝓcedentes. que di
latant a cordis ꝯſtrictionē ⁊ ꝯſtringūt ad cordis dilatationē. Nā cor ꝑ ſuā
dilatationē recipit aerē frigidū a pulmōe inſpiratū: ſed ꝯſtringendo ſe ꝑpel
lit ſpm̄ vitalē in arterias: ⁊ ideo dilatant. ⁊ poſtea cū ſe iterꝝ cor dilatat cō
ſtringūt arterie. ⁊ in oīa alia membra tranſmittūt id qd̄ a corde receper
unt. ⁊ iſte motus cordis ⁊ arteriaꝝ dr̄ a medicis pulſus: ſcd̄a virtus eſt na
turalis ꝑ quā membra nutriūt que orit in epate vbi gnāt ſanguis ⁊ alij hu
mores vt dictū eſt circa poťas vegetatiuas. ⁊ huic virtuti ſubſeruiūt vene
ab epate ꝓcedentes. que ſunt receptacula ſanguinis quo nutriūt oēs ꝑ-
tes corꝑis. Tercia ⁊ vltima eſt virtus aial ꝑ quā aialia ſentiūt ⁊ mouentur
motu q̄ ſeqt̄ cognitionē: ⁊ hec orit a cerebro in quo ſunt organa oim ſenſu
um interioꝝ: ⁊ a quo oriūt etiā organa ſenſuū exterioꝝ vt iā dictū eſt huic
virtuti deſeruiūt nerui a cerebro ꝓcedētes. Drn̄t aūt hee tres virtutes ab Drn̄tia vir-
inuicē q2 vitalis ⁊ naturalis mouēt motu naturali. q̄ ſcȝ nō pendet ex cogni tutum.
tiōe aliqua ⁊ ido nō pōt moderari ꝑ imperiū rōis: ſed eſt iſte motus in aia
li ſine intermiſſiōe: intendit aūt ⁊ remittit ſcd̄z intenſionē ⁊ remiſſionem
illaꝝ viriū. ſed virtus aialis mouet ſcd̄z cognitionē: ⁊ ido nō mouet ꝯtinue
vt infra patebit. Autor igit noſter ꝑ poťaȝ motiuā motu naturali intelligit
virtutē tā vitalē q̄z naturalē: licet ſolū declarat de virtute vitali ſeu pulſati-
ua. cuius organū dr̄ eſſe cor: nō ꝙ ſolū eſſet in corde quia ex corde diffundi
tur in arterias vt dictū eſt: finē vero ſeu vtilitatē virtutis vitalis ſeu pulſati
ue dt̄ eſſe tēpamētū caloris cordis ⁊ toti⁹ corꝑis: motiuā vero motu aiali i Organū vir
telligit virtutē aialē ſeu ſenſitiuā: vn̄ ſtati ſbiūgit ꝙ cū virtutes aiales inten tutū vitalis.
dūt remittūt naturales ⁊ ecōtra primū patet in hoie ſtudēte in quo ꝓpter
intēſionē viriū ſenſitiuaꝝ (quaꝝ miniſterio vtit intellectus in addiſcēdo vel
ꝯtēplādo) remittūt oēs virtutes naturales: hinc eſt ꝙ antiq̄ palladā deā ſa Quare cū
piētie vocauerūt mineruā quaſi minuētē neruos ſeu vires naturales ſcd̄z pt̄z virtutes na-
in hoie dormiēte. Nam in ſomno q̄ſcētib⁹ virib⁹ ſenſitiuis ꝓpter eaꝝ liga- turales intē
tiōnē digeſtiua ⁊ alie oēs virtutes naturales intēdūt vt docet Ariſto. in li. dūt anima-
de ſom. ⁊ vi. Pro declaratiōe alterius mēbri diuiſiōis. Cōſiderādū ē ſcd̄o les remittūt
triplicē eſſe appetitū q2dā e m eſt appetitus naturalis: alius ſenſitiuus: ⁊ ter ⁊ econtra.
cius intellectiuus. De appetitu naturali copioſe dictū eſt in primo tracta-
tu circa textū de appetitu materie: infra etiā dicet de appetitu intellectiuo Triplex ap-
qui eſt voluntas. Nūc aūt dicendum eſt de appetitu ſenſitiuo. Circa qd̄ ſci petitus.
ēdū ē tercio ſcd̄z Sco. xvij. diſ. iij. ⁊ i plurib⁹ alijs locis cuiuſlibȝ poťe app-

Q̄d in aīali ſunt plures appetitus ſēſitiui.

henſiue ſeu cognitiue corrñdet ꝓprius appetitus. ideo tot ſunt appetitus in aīali quot poñe apprehenſiue. nā ſicut eſt alia delectatio ⁊ triſticia ꝯm apprehenſionē huius vel illius ſenſus puta guſtus vel tactus ⁊c̄ꝫ. ita eſt alius ⁊ alius appetitus. vñ ſcd̄ꝫ Ariſto.ij.de aīa vbicūqꝫ eſt ſenſus ibi eſt delectatio ⁊ triſticia. vbi aūt hec ſunt ibi ⁊ appetitus. ⁊ ideo ibidē dicit. Ariſt ꝙ om̄e animal ſicut ſe habet ſenſum ita ⁊ appetitū: vñ etiā aīalia imꝑfecta que ſolū habent tactū ꝓpter appetitū delectatiōis ſcd̄ꝫ tactū dilatant̄ preſente delectabili. cū vero ſenciūt aliqd̄ ꝯtrariū ꝯſtringūt̄. Cōiter tñ loquimur de appetitu ſenſitiuo ſicut de vno: ⁊ ille eſt qui ſequit̄ virtutē imaginatiua ſeu fantaſiā. Et ſicut virtus imaginatiua cognoſcit om̄ia obiecta ſenſuū ⁊ in p̄ntia illoꝝ ⁊ in abſentia: ita ſuo appetitu delectat̄ in illis ſi ſint ꝯueniētia, vel triſtat̄ de illis ſi ſint diſcōueniētia. De hoc igit̄ appetitu qui ꝯſequit̄ imaginatiuā hic loquit̄ autor: qui appetitus a Theologis vocat̄ ſenſualitas

De obiecto ⁊ organo appetitiue.

Cuiuſlibet aūt poñe appetitiue eſt idē obiectū ⁊ ſubeadē rōe cū ſua cognitiua. vt d̄t Sco.iij.diſ.j.q.iij. ⁊ vnū etiā eſt organū ſi fuerint organice: ⁊ ſecundum vnam ⁊ eandem ſpeciem exeunt in actum. licet ſcd̄ꝫ quendā ordinē: nūqꝫ eīn poña appetitiua exit in ſuā opationē niſi ſua cognitiua pri⁹ exierit, quia nihil volitū ſeu appetitiuꝫ niſi cognitū: licet hoc fiat ſcd̄ꝫ vnā ⁊ eādē ſpeciē.

Diuiſio imperatiue motu aīalis.

¶ Poſtea autor ponit ſcd̄aꝫ diuiſionē ſubdiuidendo ſcd̄ꝫ mēbrū prioris diuiſionis. ⁊ eſt hec poña motiua motu aīalis eſt duplex. quedā ſcꝫ imperans motū: ⁊ quedā exequēs motū. Imperans motū eſt appetitiua d̄ qua iā dictū eſt. verū tñ in hoīb9 nō ſolū appetitus ſenſitiuus eſt principium motus ꝓgreſſiui: ſed etiā intellectiuus qui eſt volūtas: vt d̄r iij.de aīa:

Ad qd̄ etiāꝫ preſupponit̄ cognitio appetibilis.

Si eīn appetitui oñdit̄ aliqd̄ delectabile ſeu cōueniēs imperat appetitus illud ꝓſequi. Si vero obijcit̄ diſcōueniens vel nociuū iubet illd̄ fugere: virt⁹ vero imperata ſiue exequēs motū eſt vis ſita in neruis ⁊ alijs mēbris officialibus ad motū deputatis vt ſunt muſculi virtute quoꝝ mēbra pn̄t ꝯtrahi ⁊ diſcendi: ſicut pedes ⁊ alia hmōi ⁊ hoc verū eſt de poña motiua organica

Motiua exequēs motuꝫ eſt duplex

Nā ſcd̄ꝫ Sco.in iiij: diſ: x.q.viij. duplex eſt poña motiua exequēs motum vna organica qua mouet̄ corpꝰ aīalis. alia nō organica qua mouet̄ anima ſepata a corpe: qualis motiua etiā eſt in angelis.

Prima diſtinctio appetitus ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis.

Tercia diuiſio qua ſubdiuidit̄ primū mēbrū ſcd̄e diuiſiōis eſt hec. poña imperās motū ſiue appetitus eſt duplex ſcꝫ ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis. hec aūt diſtinctio appetitus nō ſolū inuenit̄ in appetitu ſenſitiuo ſed etiā in intellectiuo vt tenet Henricus Gandenſis q.viij.q.xvij. ⁊ Sco.in iij.diſ.xxvj.⁊ xxxiij. diſtinguūtur aūt hij duo appetitus abinuicē ꝑ hoc q̄ appetitus ꝯcupiſcibilis habet ꝓ obiecto bonū delectabile in qd̄ tendit. Iraſcibilis vero bonū arduū.

Bonū delectabile.

bonū aūt delectabile eſt bonū ꝯcupitū a ꝯcupiſcēte ꝓpter comodū eius: vt ꝯueniētia ſenſibus ſunt bona delectabilia ſenſuū: ideo ſenſus talia delectabilia appetunt ꝓpter ſuū cōmodū ſeu delectationē: ⁊ ꝯtraria his fugiūt. bonū vero arduū

ppter ſuũ commodũ ſeu delectationẽ: ⁊ ꝯtraria his fugiũt. bonũ vero ar/
duũ dr̄ bonũ quo appetẽs appetit ſupare om̄ia ſibi ꝯtraria vt ſupereminneat
eis: ⁊ talia bona licet nõ ſint delectabilia ſenſibus. quia ſunt difficilia tñ q̄a
ſunt ꝯuenientia nature ideo appetunť ꝑpter moderationẽ pmi appetit⁹
neceſſaria virtus que eſt tempantia. ad moderandũ aũt ſcḋz appetitũ con/
fert fortitudo. Aliter diſtinguũť predicti appetitus ſcḋz Sco. xxxiij. diſ: iiij
p appetibilia ⁊ fugibilia primo vel ex ſe quia reſpicit ꝯcupiſcibilia ⁊ appeti
bilia ⁊ fugibilia nõ primo ſed ſcḋario ⁊ ꝑpter illa primo appetibilia ⁊ p̄mo
fugibilia ſcḋm vero moderandũ vtilis eſt fortitudo. Concupiſcibilis enim
reſpicit illud ꝙ ex ſe natum eſt eſſe ꝯueniens vel diſconueniens ita ꝙ nul/
lo alio poſito circa ipm̄ niſi ſola apprehenſione facta: natus eſt ſequi actus
delectandi aut triſtandi ſiue proſequendi ⁊ fugiendi quantũ eſt ex parte ei
us. talia aũt nõ reſpicit iraſcibilis ꝑ obiectis: actus em̄ iraſcibilis eſt iraſci
Iraſci aũt ſcḋz phm̄ ij. Rethoricoꝝ eſt appetere vindictã. obiectũ igiť ei⁹
eſt vindicabile vel offendens. Iſtud offendens nõ dr̄ qḋ ſtatim eſt diſcõue/
niens ꝯcupiſcibili ſed qḋ impedit illud ꝙ eſt primo ꝯueniẽs: puta ſi cibus
eſt primo cõueniẽs appetitui guſtatiuo animalis: prohibens cibum vel re
mouens offendit animal ꝯcupiſcens: taliter igitur offendens eſt obiectum
iraſcibilis: circa ꝙ iraſcibilis habet quoddã nolle nõ quidẽ ꝑprie refugien
tis ſicut ꝯcupiſcibilis nolens refugit. ſed magis repellentis: ſi aũt nõ actu
repellať eſt dolor vel triſticia ipſius iraſcibilis: nõ eſt aũt idẽ dolor iraſcibi/
lis ⁊ ꝯcupiſcibilis: dolor em̄ ꝯcupiſcibilis fit cũ alia immutatiõe exꝑte or/
gani in pte ſenſitiua q̄z iraſcibilis. Cõcupiſcibilis quidẽ cũ reſtrictiõe ſicut
delectatio oppoſita ẽ cũ dilatatiõe: dolor aũt iraſcibilis cũ calefactione qui
eſt accenſiuus ſanguinis circa cor. Et ex hoc patet ꝙ iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſci
bilis appetitus in pte ſenſitiua habẽt diuerſa organa ſic ꝙ diſtinguũť tan/
q̄z due poñe organice: ⁊ nõ ſolũ rõe obiectoꝝ. ſed in pte intellectiua ſcz i vo
luntate nõ eſt eaꝝ tanta diſtinctio quia voluntas nõ eſt poña organica ſed
ſicut ratio diſtinguũť ĩ portionẽ ſupiorẽ ⁊ inferiorẽ ꝑ ꝯpationes ad diuerſa
obiecta vt infra patebit ⁊ tñ ſimpliciter eſt eadem poña: ſic eadẽ poña pu/
ta voluntas ſine q̄uacũqꝫ diſtinctiõe a pte rei dr̄ ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis
in quantũ eſt opatiua circa primo ⁊ ſcḋo delectabilia vel triſtabilia: ⁊ ideo
diſtinctio ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis in pte intellectiua ſolũ eſt ex pte obie/
ctoꝝ in que tendit voluntas. Subiũgit etiã autor circa hos appetitus ꝙ ex
eis oriũť quattuor paſſiões ſeu affectiões animi: prima eſt de p̄nti bono et
eſt gaudiũ ſeu amor aut ꝯplacentia: ſcḋa eſt de futuro bono q̄ dr̄ ſpes ſeu d
ſideriũ. tercia eſt de p̄nti malo ſcz dolor vel triſticia: quarta eſt de futuro
malo que eſt timor. Circa qḋ ſciendũ ꝙ in appetitu ꝯcupiſcibili communi/
ter ponunť ſex paſſiones ⁊ in iraſcibili quinqꝫ ad quas om̄es alie reducunť
in concupiſcibili: amor odium: deſiderium: fuga: gaudiũ ⁊ triſtitia: Obie/

Bonũ arduum.

Scḋa diſtinctio ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis.

Qḋ appetitus ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis hñt diuerſa organa:

Sex paſſiones ꝯcupiſcibilis.

ctū eīm ꝯcupiſcibilis poniť bonū delectabile ſeu ꝯueniēs aut malū triſtabile ſeu diſcōueniēs ſimpliciter ſumptū ab obiecto ergo ꝯueniēti apprehenſo cauſať in appetitu amor ſeu quedā ꝯplacentia ipius obiecti. ad quā paſſionē ſequitur deſideriū vel concupiſcentia obiecti nō habiti: in appetitu tñ ſenſitiuo magis ꝑprie dr motus ille ꝯcupiſcentia: ⁊ in appetitu intellectiuo dr deſideriū: habito aūt ipo obiecto ꝯſequiť paſſio delectatiōis vel gaudij que eſt quedā quies in ipo obiecto: delectatio tñ magis ꝑprie dr in appetitu ſenſitiuo: gaudiū aūt in intellectiuo: malū aūt diſcōueniēs ſeu triſtabile apprehenſum cauſat paſſionē odij que eſt quedā diſplicentia vel abhominatio ipius ad paſſionē ſequiť fuga vel recuſatio ipius. Jpm aūt malum habitū ſeu incurſum cauſat paſſionē doloris vel triſticie: ⁊ licet dolor ⁊ triſticia ſepe ſumanť p eodem: dolor tñ ꝑprie poniť in appetitu ſenſitiuo: triſticia vero in intellectiuo: eſt aūt triſticia de his que nobis nolentibus accidunt. Conſequiť aūt gaudiū ⁊ triſticia ſcdꝫ Ariſto. eīm in ſcdo ethicoꝝ non ſolū paſſiões ꝯcupiſcibilis ſed etiā iraſcibilis ipas qꝫ termināt ⁊ finiunt: et gaudiū ſequiť audaciā poſt ꝯſecutione victorie ⁊ irā poſt ꝯſecutionē vindicte. Jn appetitu vero iraſcibili ponūť quinqꝫ paſſiones ſcꝫ ſpes: deſperatio. timor: audatia: ⁊ ira. Obiectū nāqꝫ iraſcibilis poniť bonū vel malū nō ſimpliciter ſed arduū ſeu de difficili attingibile ſeu ſupabile: ipm itaqꝫ bonū arduū apprehenſum vt poſſibile adipiſci cauſat paſſionem ſpei: que dicit quēdā conatū ſeu eleuationē animi ad ipm ꝯſequendū ⁊ ſic facit appetitum aſſurgere ad hmōi bonū obtinendū: apprehenſum vero vt impoſſibile adipiſci cauſat paſſionē deſperatiōis: faciendo appetitū cadere ꝑpter exceſſuꝫ arduitatis ⁊ difficultatis obiecti. Malū aūt arduū vt apprehenſum poſſibile ſuperari imprimit audaciā p qͣ appetitus ſurgit ad hmōi malū repellēdū ipm vero malū apprehenſum vt impoſſibile ſupari: imprimit paſſionem timoris que eſt quedā reſilitio a malo arduo. Jra aūt eſt appetitus vindicte.

Quinqꝫ paſſiões iraſcibilis.

Poſt priores potentias in homine ſequiť potentia rationalis que nō vtiť corpe: ſed vtiť vtente corpe ſcꝫ fantaſia que ſe habet ad intellectuꝫ ſicut color ad viſum.

Hec eſt vltima pars huius tercij tractatus de potētia intellectiua ſeu rationali. ⁊ diuidiť in nouem pticulas. in pma comparat potēaꝫ rationalē ad prius dictas potentias. Jn ſequentibus vero octo particulis ponūť octo diſtinctiōes: que oēs preter vltimā que eſt de differentia cognitiōis intellectus diuini angelici ⁊ humani vt patet i figura

In anima rõnali ſũt tria.
- Potẽ
  - Cognitiua .i. intellectus.
    - agens
    - poſſibilis.
      - ſpeculatiuus
        - in habitu.
        - in actu
      - practicꝰ.
        - Sindereſis.
        - Rõ
          - ſupior
          - ⁊ iferior.
  - Motiua .i. voluntas.
- Paſſio habitus.

¶ In prima particula autoꝛ duo facit: Primo continuat ſequẽtia ad pre-
cedentia dicens poſt potentias prioꝛes ſcʒ vegetatiuam ⁊ ſenſitiuam: que
ſunt materiales ⁊ oꝛganice: ſequitur potentia rationalis ſeu intellectiua: q̃
eſt immaterialis ⁊ oꝛganica. Scd̃o oſtendit oꝛdinem intellectus ad fanta-
ſiam dicens ꝙ licet intellectus in operatiõe ſua nõ vtitur coꝛpe: tñ vtitur
fantaſia que vtitur coꝛpoꝛe: vnde ſicut ſe habet ſenſibile ad ſenſum puta co
loꝛ ad viſum ita fantaſma ad intellectum: ſicut eñ viſus nõ videt niſi ſe cõ
uertat ad coloꝛem: ita intellectus non intelligit niſi ſe conuertat ad fantaſ-
mata. que conuerſio in hoc ꝯſiſtit ꝙ nihil intelligimus in vniuerſali niſi fan
taſiamur eius ſingulare. Ubi tria ſunt ꝯſideranda. primũ ꝙ licet vegetati-
ua ⁊ ſenſitiua ſint prioꝛes via generatiõis: intellectiua tñ eſt prioꝛ via per-
fectiõis: prima pars patet ꝑ Ariſto. xvj. de animalibus vel ſcd̃ʒ nouã tranſ
latiõnẽ de generatione animaliũ libꝛo ſcd̃o capitulo tercio dicentem. Em
bꝛio prius viuit vita plante: deinde vita animalis: vltimo vita intellectiua
ſcd̃a pars patet quia poſteriora generatione ſunt prioꝛa ꝑfectione: vt habe
tur octauo phiſicoꝝ ſicut eñ ſenſitiua eſt ꝑfectioꝛ vegetatiua. ita intellecti
ua eſt ꝑfectioꝛ ambabus illis: quod poteſt patere ex eaꝝ opationibus. Se-
cundũ hic ꝯſiderandũ eſt quare vegetatiua ⁊ ſenſitiua dicunť potentie ma
teriales ⁊ oꝛganice: intellectiua vero dicitur immaterialis ⁊ inoꝛganica: cũ
nõ inuenitur aliquis phũs notabilis qui negaret animã intellectiuã eſſe foꝛ
mam infoꝛmantẽ ⁊ partem eſſentialem hominis preter fictioneʒ illius ma
ledicti Auerrois in tercio de anima Cõmẽ. v. vbi ponit intellectuʒ eſſe quã
dam intelligentiã ſeparatã ab homine ſcd̃m eſſe: ⁊ ſic aſſiſtere hominibus
ſicut motoꝛ aſſiſtit oꝛbi quem mouet. Nec aliter coniungi cũ homine niſi ꝑ
fantaſmata: ⁊ hoc in annis diſcretionis. quã ꝯiunctionẽ nec ipſe nec aliq̃s
ſequacium eius ad huc potuit explicare nec ſaluare quomõ homo ꝑ taleʒ
ꝯiũctionẽ intelligeret. vt dicit Sco. in iiij. diſ. xliij. q. ij. Nã ſcd̃ʒ ipm hõ foꝛ
maliter nõ eſſet niſi quoddam animal irõnale excellẽs tamẽ ꝑ quãdã aiam
irrõnaleʒ ⁊ ſenſitiuam excellentioꝛẽ alijs animalibus ſcilicet per animam
cogitatiuam ſeu rationem particularem: quã poſuit foꝛmã ſpecificã hoīs.

Ordo potẽ intellectiue ad ſenſitiuaʒ ⁊ vegetatiuã

Fictio cõrpiſ de ſepatione intellectus.

Cũ igit' aĩa intellectiua ſcdꝫ ſententiã oim phõꝝ(preter hãc nũc expoſoim' fictionẽ Cõmẽ)ſit forma ſbalis hoĩs p informationem ſicut ſenſitiua bruti aut vegetatiua plante:quare ſola põna rõnalis dr immaterialis ꝛ in organica. alie vero materiales ꝛ organice. Rñdeo ſcdꝫ Sco. vbi ſupra ꝙ imaterialitas intellectus põt intelligi dupliciter. primo qa nõ opaꝛ p ptẽ corporeã ſeu organũ ꝛ pꝑter hoc etiã dr nõ organica. ꝛ ad hũc ſenſuũ etiã Ariſt ij. de aĩa dixit intellectũ nullius corporis eſſe actũ: ſic intelligendo ſcdꝫ Sco q.ix.q:quia in nulla pte vel p nullã ptẽ corporis exercet opationẽ ſuã ſicut potentie ſenſitiue. Scdo põt dici põna imaterialis quia nullo mõ eſt extenſa ꝛ ſic plus dicit qñ nõ organica. licet em̃ om̃is organica ſit extenſa: nõ tñ ſola: forma em̃ pure materialis que eſt vniformis in toto ꝛ in pte ſicut ignis nõ dr opari p organũ nec dr organica: tercio mõ põt intelligi imaterialitas intellectus in ꝯpatiõe ad obiectũ vt ſcꝫ reſpicit obiectũ ſub rõibus immaterialibus ſeu abſtractũ ab hic ꝛ nũc ꝛ hmõi que vocanꝛ ꝯditiões materiales: primũ hoꝝ itellectuũ videꝛ magis approbare in quolibeto queſtiõe ix. quẽ etiã ponit autor in textu cũ dr que nõ vtiꝛ corpe ſcꝫ in opatiõe ſua licet vtaꝛ vtente corpe ſcꝫ fantaſia. ꝛc. Circa qd occurrit Terciũ ꝯſiderandũ ſcꝫ: vtrũ intellectus in opatiõe ſua ſemꝑ vtaꝛ fantaſia. Rñdeo ꝙ pꝑter naturalẽ ꝯnexionẽ q̃ꝫ habet intellectus p hoc ſtatu cũ fantaſia ſeu ſenſu intellectus in opatiõe ſua vtiꝛ fantaſia nihil em̃ itelligim⁹ in vniuerſali in cui⁹ ſingulare fantaſiamur qm̃ opꝫ quẽlibet itelligẽtẽ fantaſmata ſpeculari ꝛ ideo ſic ſe habet fantaſma ad intellectũ ſicut ſenſibile ad ſenſũꝫ qd debet intelligi ſcdꝫ Sco: in j. diſ. iij. q. j. quãtũ ad primã motionẽ intellectus ab obiecto ibi em̃ fantaſma cũ intellectu agẽte hñt vicem primi obiecti mouentis ſed nõ debet intelligi quantũ ad omnẽ actũ ſequentem motionẽ: poteſt em̃ intellectus abſtrahere obiectũ incluſum in aliquo primo mouente puta quiditatẽ entis incluſam in qualitate ſenſibili: ꝛ ꝯſiderare illud abſtractũ non ꝯſiderando illud a quo abſtrahit. Ex quo ſequiꝛ ꝙ fantaſma requiriꝛ nõ ſolum acquiſitionem ſpẽi intelligibilis ſed etiã poſt quia ſcdꝫ phm̃ tercio de anima ſine fantaſmate intellectus nõ poteſt nec addiſcere nec intelligere: hoc eſt nec acquirere ſcientiã ſeu ſpẽꝫ intelligibilẽ nec vti acquiſita quod in apoplexiam pacientibus manifeſtum eſt.

Cur ſola itellectiua dr imaterialis ꝛ inorganica.

Quare nihil intelligimus ſine fãtaſmate

Et ſunt tria in anima ſcꝫ põne: que ſunt innate. Et habitus quoqꝫ aliqui ſunt acquiſiti. vt ſciẽtie ꝛ virtutes: que ſicut acquirunꝛ ꝛ gñantur ex actibus frequẽtatis ſic generãt ꝯſimiles. Alij ſũt infuſi vt ſũt

virtutes theologicales: que ꝯferūť in baptiſmo penitentia vel ſatiſfactiōe ⁊ quales ſunt habitus tales ſunt actus. ⁊ paſſiōes: vt receptiōes obiectoꝝ: vel affectiōes vt gaudiū ſpes: timor ⁊ dolor.

Tria i aīa exiſtentia.

¶ Scđa ꝑticula in qua ponit primā diſtinctionē velut ſuppoſitionem que etiam ponıť apud Ariſto: ſcđo Ethicoꝝ. ⁊ eſt hec: i anima ſunt tria: primū potentie que ſunt inprincipia operationū: vt iam dictū eſt: ⁊ ille ſunt innate anime ⁊ idem realiter cum eſſentia anime. vt ſupra declaratū eſt. Secundum paſſiones vt ſunt ſimilitudines rerū recepte in ſenſum vel intellectū ab obiectis vel etiam affectiōes: de quibus iam dictū eſt circa textū de potentijs motiuis. Tercium habitus hoc eſt quedā qualitates difficulter mobiles a ſubiecto quibus potētia diſponıť ad ꝓmpte delectabiliter ⁊ faciliter operandū operatiōes ad quas tales habitus inclinat. Diuidit etiā autor habitū in īfuſum ⁊ acquiſitum: dicūtur aūt habitus acquiſiti qui acquiruntur ex actiōıbus freqnenter reiteratis: vt ſunt oēs artes. ſcientie: virtutes: ⁊ vicia ſicut eñ ex frequenter citariſare aliqs acquirit habitū citariſādı: ⁊ ſicut ex frequenter ꝯſiderare aliquis acquirit habitum ſcientie. ita ex frequenter bene vel male agere generatur in nobis habitus virtutis vel vicij: q̄ nos ita inclinat ad operatiōes ſimiles illis ex quibus genitus eſt vt videatur eſſe altera natura ſcđꝫ Ariſto. in libro de memoria ⁊ reminiſcentia. Et hoc eſt ꝙ etiam dicit autor in texto ꝙ quales ſunt habitus tales ⁊ actus. Alij ſunt habitus in fuſi vt ſunt virtutes theologicales que cōiter ponuntur tres: fides ſpes ⁊ charitas. que virtutes infunduntʼ nobis vt dicit autor vel in baptiſmo vel penitentia vel ſatiſfactiōe ſub his habitibus in fuſis ꝯtinetur etiam ſcientia apoſtoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ. ⁊ oēs habitus cōcreati: vt ſcientia anime chriſti ⁊ angeloꝝ. de diuiſiōe habitū vide ſi placet Sco. xxxiij. diſ. iij

Habitus acquiſiti.

Habitus in fuſi.

Potētia rōnalis diuidiť: quia alia eſt cogitatiua alia motiua.

Diuiſio ptīs rōnalis in intellectū ⁊ uolūtatem.

Hec eſt tercia ꝑticula in qua autor ſcđa diſtinctiōe diuidit primū membrū prioris diſtinctiōis ſcꝫ potentiā rationalem (de qua hic intendimus) in intellectum qui eſt potentia cognitiua ⁊ in voluntatem que nō eſt potentia cognitiua ſed appetitiua ⁊ ꝑ ꝯñs motiua q̄ vt ſupra declaratū ē oēs poñe appetıe ſūt poñe motiue inquātū ī parant motum. Ratio aūt huius diuiſionis patet ex his que dicta ſunt circa textū de potentijs motiuis ex ſententia Scoti xvij. diſ. iij. Nam cuilibet potentie cognitiue correſpondet ſua propria appetitiua. ſed in anima intel

ſectiua eſt poťa cognitiua que eſt intellectus ergo etiā ponenda eſt appetitiua correſpondens illi cognitiue: ⁊ illa eſt voluntas. Iſte aūt due poťe vt ſupra dictū eſt ſunt inorganice: ⁊ ſunt in anima vnitiue ita ꝙ ſunt idē realiter cū anima ⁊ diſtincte ab ea ex natura rei ⁊ formaliter. vt ꝓbat Sco. diſ xvj. ij. Dictū eſt etiā ſupra ꝙ quelibet appetitiua habet idē obiectū ⁊ ſub eadem rōe formali cū ſua cognitiua: ideo idem ⁊ ſub eadē rōe eſt obiectum circa qḋ opatur intellectus ⁊ voluntas. vñ ſicut voluntas nō poteſt habere actum ſuū circa ignotū ita nō pōt habere actū ſuū circa obiectū ſub aliqua ratiōe ſub qua intellectus nō poſſet cognoſcere. ⁊ hoc dt Sco: iij. diſ. j. q. iij vbi etiā improbat opinionē illoꝝ qui dicūt ꝙ ens vt verū eſt obiectū intellectus: ens aūt vt bonū eſt obiectū voluntatis: ⁊ ſi dicas poťe diſtincte dñt habere obiecta diſtincta: vt patet ex ij: de aia. Sed intellectus ⁊ voluntas ſunt poťe diſtincte: ergo habent obiecta diſtincta. Rñdeo ꝙ poťe ſunt duplices: quedā diſperate vt viſiua ⁊ auditiua: ⁊ iſte ſemꝑ habēt obiecta diſtincta. Alie ſunt ſubordinate ⁊ iſte ſunt duplices: quedā ſunt eiuſdē generis: vt cognitiua ſupior ⁊ inferior. cuiuſmōi ſunt intellectus ⁊ ſenſus: ⁊ obiecta adequata hmōi poťaꝝ habent ſe ſicut ſupius ⁊ iferius. ita ꝙ obiectū pmū poťe ſupioris ꝯtinet ſub ſe obiectū primū poťe inferioris. Quedā vero potentie ſubordinate ſunt alterius gñis quia ſcꝫ vna eſt cognitiua ⁊ alia appetitiua. Et haꝝ obiectū eſt idem ⁊ ſub eadē ratiōe formali: ſi appetitiua adequatẽ cognitiue in opando. ⁊ ſub hoc mēbro vltimo ꝯtinet intellectus ⁊ voluntas. De obiecto aūt primo intellectus licet ſint varie opiniōes: tñ Sco vbi ſupra: ⁊ in q. q. xiiij. tenet ꝙ ens ſub rōe entis eſt obiectū adequatū noſtri intellectus ex natura poťe. Dixi aūt ex nature poťe quia obiectū motiuū noſtri intellectus ꝑ hoc ſtatu eſt quiditas ſenſibilis. ¶ Sed ꝯtra hanc ſcḋaꝫ diuiſionē arguit ꝓbando ꝙ ſit inſufficiens: quia in anima rōnali preter intellectū ⁊ voluntatē eſt ⁊ tercia poťa que eſt memoria. Rñdeo ꝙ memoria intellectiua nō eſt alia poťa ab intellectu poſſibili ſed eſt ipe met intellectus poſſibilis cū ſpē intelligibili reſeruata in ipo: ⁊ hoc habꝫ Sco. li. iiij diſ. xlv. q. iij. ⁊ in q. q. xv. qḋ aūt ſit intellectus poſſibilis patebit ex ſequēti q.

De obiecto voluntatis

Que potentie hñt diuerſa obiecta.

De obiecto intellectus

NB

Memoria intellectiua qḋ ſit.

Cognitiua eſt intellectiua: que diuiditur ſcḋꝫ differentias nature in intellectū agentē ⁊ poſſibilem Intellectus agens eſt qui abſtrahit ſpecies ab imaginatiōe ſeu fantaſia ⁊ ſui irradiatione facit illas vniuerſales ⁊ ponit in itellectu poſſibili: Nā ſicut

